BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
25 B
34

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

15.5.A
I
6
B

Digitized by Google

Digitized by Google

VITA
B. ALOYSII
GONZAGÆ
A. M. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE REBVS GESTIS

BEATI

ALOYSII GONZAGÆ

E SOCIETATE IESV

AVTHORE

ANNIBALE MARCHETTO

EX EADEM SOCIETATE,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



FLORENTIÆ Typis Sereniſs. M. D. Ann. D. MDCLXXXVII.

Superiorum permiſſu.

Veneunt in officina Io: Philippi Cecchij.

Digitized by Google

SERENISS. PRINCIPI

IO. GASTONIO

AB HETRVRIA

ANNIBAL MARCHETTVS

SALVTEM.

ALoyſij Gonzagæ vitam, Sereniſsime Princeps, nuper a me conſcriptã ſi dono tibi dare voluerim, planè crediderim auferre. Donari enim tibi quod tuũ optimo iure ſit, ſine prævio furto, poſſe non cenſeo. Stylus quidem meus eſt, ſed propterea tuus, cuius imperio me, ac mea omnia non cœca ſors, ſed provida Natura ſubiecit.

Digitized by Google

Polit. cap. 1. & 5. Conſtat enim, Philoſopho in politicis teſte, cordatos omnes, ac prudentes Viros rudium ceterorum (quorum in numero maximus ſim, niſi me eſſe intelligam) natura Dominos eſſe: quem utique dominatum mea iamdudum voluntas, naturæ præiudicium ſequuta, ſuo quoque ſuffragio comprobavit. Res, quas perſequor, Aloyſij ſunt, qui in tua Domo, ac Familia educatus tibi reddere geſtit quidquid ipſe de tuo eſt. Heres igitur accipe abſolutiſsimum Chriſtianæ integritatis exemplar tuorum opera elaboratum, mea unius tuæ Familiæ reſtitutum. Habes in eo quem certum ad gloriam non perituram Ducem ſequaris, quemque ſequi glorioſius tibi futurum ſit, quàm tuis Maioribus fuerit præceſsiſſe. Illi enim ad gloriam iam demortuam

præ-

Digitized by Google

præceſſere, tu ſequèris, quin & ſequeris ad immortalem. Etenim haud me fallit, quouſque hactenus e Fortunæ complexibus elapſus ad virtutem evaſeris: quo te loco ceteri ſuſpiciant: quàm proximus Aloyſium ſpectes. Verùm laudes tuas, quas hic adſcribere deſtinaveram, ut iudicium meum in te patrono deligendo probarem, tuus mihi pudor, laudum ceterarum princeps & cuſtos, abrumpit. Mandaſti enim mihi tuæ dignitatis, & mei officij memor, ut a te laudando abſtinerem: libens obtempero, tuas laudes faciendi, quàm dicendi cupidior: ſiquidem id unũ hoc ſcribendi genus propoſitum habet, ut Maiorum laudes poſteris lecturis adhæreant. Si quis tamen tuę virtutis decora hac in epiſtola deſideret, hoc ipſum imperium, quo mihi ſilentium

indixiſti, tamquam clavem expoſitam indico: id enim tua omnia ornamenta, clavis inſtar, & continet, & recludit: Imò, quod mirum eſt, continendo recludit. Sileo igitur, atque illud unum, mea, tuaq: emolumenta ſequutus, tibi perſuaſum maximè velim, ut ſi quando inter tua ſtudia Aloyſij Vitam admiſeris, eam non oculis tantùm, verùm etiam & greſsibus, veſtigia eius legendo, percurras. Spes enim haud dubia mihi eſt, hanc eamdem Vitam per me tibi deſcriptam, ſi non modo legeris, verùm (pro ut viro Principi licuerit) elegeris, vixeriſque, non ſecus tibi cordi, ac voluptati futuram, quàm tuam, nec ſecus tuam Aloyſio curæ, ac ſollicitudini futuram, quàm ſuam. Vale.

AD

AD LECTOREM.

ANtequam oculos in hanc hyſtoriam candide Lector conijcias, duo te monitum volo; alterum circa materiam, qua de agitur; alterum circa dicendi characterem. Quod attinet ad materiam; illud pro certo habeto, nihil me, quod non apud probatos ſcriptores inuenerim poſuiſſe. Plurima e Virgilio Cæpario diligentiſſimo ſcriptore hauſimus: non omnia tamen: nonnulla enim, quæ rebus alibi memoratis nonniſi numeri acceſſionem adiungerent, ſtudio brevitatis omiſimus. Alia memoratu digna, quæ eius ſolertiam fugere, aliunde, ac præſertim e tabulis publicis pro B. Adoleſcentis Apotheoſi confectis ſupplevimus. Vidimus etiam no-

tas

tas illas, quas Robertus Bellarminus iam ſenex, & Purpuratus ad marginem Vitę a Cæpar o deſcriptæ (quæ hodie in Raguſino noſtræ Soc. Collegio aſſeruatur) aſcripſit, quibus tamquam oculatus teſtis nonnulla ad hyſtoriæ complementum adiecit : atque ex ijs ſelectiora quædam in noſtram hanc narrationem tranſtulimus. Hæc de materia.

Ad eloquutionem verò quod attinet, latinè quàm italicè ſcribere maluimus, ut non ijſdem, quibus Italia finibus, tantorum ſalubritas exemplorum coerceretur : ſed ad orbem terræ univerſum, cui labij unius communitatem Latina Religio reddidit, longè, latèque porrigeretur. Stylum nonnihil acuere placuit, ut Lectorem ad ſalutaria excitatum haberemus. Procliue eſt enim humanæ deſidiæ, ſalubribus indormire ſermonibus : quare qui aculeata verba ſubinde pro-

mit,

mit, vice fungitur vellicantis amici. Linguæ pariter elegantiam minimè contemnendam duximus, ut ſi qui ſint latinitatis amantes, dum humanas litteras quærunt, potiora hominis ornamenta nec opinantes inueniant: iiſque, qualis olim Sauli, ſors obueniat, ut aſinas quæritantes regale decus excipiat. Illud etiam ſpectavimus, ne latinæ linguæ ſtudioſi lutulentas quaſdam veterum ſcriptorum cloacas ſibi adeundas cenſeant, ut veluti de ſtercore gemmas eliciant. Habent enim puriſſimos, eoſdemque uberrimos fontes Ciceronem, Cæſarem, Livium, Saluſtium, ceteroſque, quos caſtiſſimæ ſponſæ ſuæ, Latinę ſcilicet Eccleſiæ, olim Deus pręparaverat; unde gratis haurire ſine pudoris diſpendio valeant. Inde nos hauſimus: inde ſi quid noſtra probentur, ſe quoque haurire poſſe non eſt cur ceteri diffidant. Dolet e-

nim

*nim plurimum, cum laudari audio lati-
nitatis nomine ſpurciſſimum illum Ne-
ronianę nequitię præfectum Petronium
Arbitrum eiuſque fragmenta tanquam
ſacra lipſana ſumma colligi attentione,
ac nitidiſſimis typis commendari. Ego
vero libenter fateor, profiteorque, me
nunquam cęnoſas illas paludes, ac fœ-
da volutabra ingreſſum: ut qui optimè
novi innumeros ſcriptores ad aureum
Auguſti ſeculum pertinentes, nondum
nato, nec proinde lecto Petronio (qui nec
auream vixit ætatem) elegantiſsimè
loquutos: itaque neceſsarium non eſse,
ut linguę mundities paretur, eam in
ſordes illas immittere, ac tenuiſsimum
decus cunctis veterum latinorum muli-
erculis vulgare cęleſtis regni iactura
coemere. Et quanquam non in ea ſum
hęreſi, ut in Tullij verba iurandum cen-
ſeam: quod acrius, quàm par eſt,
con-*

contendit Marius Nizolius ſuo operi pretium facturus: An ideò neceſse ſit Petronij ſcholam, ſeu mavis lyceum (quod nobis lupanar dicitur) ingredi, ubi non alia peculiaria vocabula diſcas, quàm quę ingenuo, & pudico homini promere nefas ſit? quare qui tam ſtudiose Petronium verſant, cceteriſque commendant, non illos linguę munditia verum immunditia, ac ſordibus delectari plurimum dubito.

Quod autem de Petronio diximus, idem dictum volumus de veteribus illis Poetis, qui ethnico more Poeſim olim Virginem formandis moribus natam ita vitiarunt, ut ad omnem obſcænitatem proſtituerint. Ab ea Adoleſcentibus haud parum periculi eſt: dum enim ad honeſtam cantricem ſe invitari putant, meretricem imprudentes offendunt. Non omnibus tamen, qui obſcę-

ni

Digitized by Google

ni aliquid admiſtum habent, abſtinendum cenſeo (ſecus univerſo fere veterum Poetarum ordini valedicendum eſſet) ſed ut vias lutulentas, ita eos ſaltu, ubi opus, adhibito percurrendos. Sic citius quiſquis latinitati operam navat quò cogitavit perveniet, nuſquam voluptatis cęno, vel tenaci detentus, vel fluente prolapſus. Hæc te Lector monuiſse voluimus. Vale, & ſi quid meis hiſce laboribus in te pietatis excitatum ſentias, fuſis ad Deum precibus nonnihil in authorem refundere memineris.

Domi-

Digitized by Google

Dominicus Maria de Marinis Vic. Generalis Societatis Ieſu.

Cum librum, cui titulus (Vita B. Aloyſij Gonzagæ) a P. Annibale Marchetto noſtræ Soc. Sacerdote conſcriptum, aliquot eiuſdem Soc. Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi ijs ad quos pertinet, ita videbitur. Cuius rei gratiâ has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas, & Sigillo noſtro munitas dedimus. Romæ 3. Apr. 1687.

Dominicus Maria de Marinis.

Adm. R. D. Antonius del Caſto Prior S. Margaritæ nuncupatæ di Montici attente, & diligenter perlegat hunc Librum, cui titulus (Vita B. Aloyſij Gonzagæ) a R. P. Annibale Marchetti Soc. Ieſu Sacerdote conſcriptum, & recognoſcat an in eodē reperiatur aliquid obvium S. Fidei Catholicæ, & bonis moribus, & referat. Dat. 26. Maij 1687.

Nicolaus de Caſtellanis Vic. Gen. Flor.

Illuſtriſs. ac Reverendiſsime Domine.

Vitam hanc B. Aloyſij Gonzagæ e Soc. Ieſu ſumma animi attentione, & voluptate perlegi, neq: in eâ quidquam offendi, quod Catholicæ poſſit, Romanæque Fidei, & dignis Chriſtiano homine moribus aduerſari, imò tot, tantiſque lectiſſimi, & ſanctiſſimi Iuvenis rebus præclarè geſtis, aureo quodam ſtylo, & conſummatæ eloquentiæ viribus a ſcriptore enarratis, unumq:

arbi-

arbitror legentem ad ſectandam maiori ſtudio virtutem, & Deo firmè, & fideliter ſerviendum inflammatum iri. Sic teſtatum volo, pridie Idus Iunij, anno a partu Virginis 1687.

Antonius del Caſto.

Stante ſupradictâ relatione, & atteſtatione Impr.

Nicolaus de Caſtellanis Vic. Gen. Flor.

Ad Ad. R. P. D. Ioſeph Mariam Ambrogi C. Reg. ut diligenter recognoſcat, & ſi nihil obſtiterit probet. Dat. ex Ædib. S. Off. Flor. hac die 21. Iunij 1687.

F. C. Pallavicinus de Mediolano Ord. Min. S. Franc. S. Off. Flor. Vic. Gen.

Oculis, ac mente perluſtravi Geſta hæc B. Aloyſij Gonzagæ, præclariſſimi innocentiæ candidati, candidiore ſtylo a ſuo Authore exarata. Omniaq; inueni ità Catholicæ Fidei firmandæ, Moribuſq; formandis verbo, & exemplo accomodata, ut tamen ſupra hominum fidem, humanoſq; mores in ſuo Aloyſio Angelicum, ac propè Theandricum virtutum exemplar exhibeant, nec non pluſquam Tullianæ eloquentiæ Idæam præſeferant. Et ideo, ut cōmuni legentium aliquali imitatione ſimul, ac admirationi pro maiori Dei, ac Sanctiſs. huius Adoleſcentis Gloriâ inſeruiant, Publicâ luce per quã dignâ exiſtimo. Ex ædibus noſtris S. Mich. Kal. Iulij 1687.

D. Ioſeph Maria Ambrogi C. R., ac S. Off. Conſultor.

Imprimatur.

F. C. Pallavicinus qui ſupra.

Robertus Pandolfinius Senat. Ser. M. Ducis Auditor.

Digitized by Google

DE VITA, ET REBVS GESTIS
BEATI
ALOYSII GONZAGÆ
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Aloyſij Ortus, & Infantia.

EX inclytâ Gonzagæ ſtirpis progenie (cuius nomen tanta ſua laus eſt, ut alienâ nec indigeat, nec iuvetur prædicatione) originem duxit Aloyſius Gonzaga, qui ſuæ ſtirpi, novis partis honoribus, iiſdemque cæleſtibus, ac divinis, longè plus retulit, quam hauſerit, nobilitatis. Natus eſt in Arce Caſtilionenſi, primariâ avitæ ditionis ſede, anno a Virginis partu 1568, VII Id. Martias, Pio eius nominis V. Chriſtianum Orbem, & Maximiliano Cæſare Romanum Imperium *Paternum maternũque genus*

adminiſtrantibus . Parentes illi fuere Ferdinandus Gonzaga Caſtilionis in Galliâ Ciſalpinâ Dominus , cuius familiæ in Mantuani Ducis imperium tertio loco ab eâ , quæ tunc rerum potiebatur , ſuccedendi ius erat : & Martha nobiliſſima apud Taurinos fœmina de gēte Tanâ Santeniâ , cui Pater e Santenijs Dynaſtis, Mater verò ex perilluſtri Roboreorum proſapiâ , quam præter alia decora duo Pontifices Max. Xiſtus IV , & Iulius II ex ea oriundi toto terrarum Orbe nobilitarunt . Martham ſibi Ferdinandus connubio iunxit , cum uterque apud Catholicos Reges Philippum eo nomine II , & Iſabellam Coniugē diverſarentur . Regi Ferdinandus , Reginæ Martha, inter Aulæ primores famulabantur . Nuptiæ Regum ipſorum fuerunt authoritate coniunctæ : qui deinde , ut aliquam ſuæ voluntatis ſignificationem darent, Rex Ferdinandum , antequam ex Hiſpania decederet, pinguiſſimis vectigalibus auctum, Italicis copijs præfecit , ſuique Cubicularij, ex ijs , quos honorarios vocant , munere cohoneſtavit. Martham verò Iſabella Regina (in cuius intimam familiaritatem egregijs animi ornamentis , morumque ſuavitate iampridem ſeſe penitus inſinuaverat) præter dotem , quam ei ex ære proprio confecit , gemmis plurimis, alijſ-
que

que id generis donis ad muliebrem mundum, ſpectantibus, abundè cumulavit.

Inito matrimonio prima fuit, eademque potiſſima optimæ fœminæ cura, ut cæleſti potiùs mentis coniugi, quàm terreno carnis marito probaretur, haud immemor Pauli ſententiæ, terrenum ſponſum Chriſti animæ coniugis ſimulacrum referre, tantòque propterea hunc præ illo magis ſibi curæ eſſe debere, quantò ſponsæ cuilibet ſponſus ipſe eſt eius imagini præferendus. Quare ubi primùm in Italiam regreſſa Caſtilionem peruenit, nacta ibi quietem illam, atque otium, quod aulæ ſtrepitus perpètuò negaverant, ſtudium omne, atque operam in Chriſtianæ pietatis cultum conuertit. Cumque interea ſeſe utero gravem animaduerteret, Deum magnis precibus votisque identidem orabat, prolem uti maſculam dono daret, eamque olim, cum primùm per ætatem liceret, in ſanctum aliquem Religioſorum hominum cætum cooptatam ad ſui famulatum reciperet: nec irritas eas preces fuiſſe, rei exitus comprobavit, quemadmodum ex ijs quæ in hac hiſtoriâ ſubijcienda erunt, planum fiet. Contigit autem, perducto iam ad maturitatem fœtu, utique non ſine peculiari Providentiæ conſilio, ut Martha parens, ſub ipſum puerperij tempus, Matris pietas.

Graviſſimis partus doloribus ad extrema deducitur.

tot tantiſque doloribus affligeretur, eoque tandem diſcriminis deveniret, ut Medici omnes, compluribus fruſtra tentatis remedijs, de eius ſalute actum eſſe conclamarent: quod cum, neſcio quo ex domeſticis renunciante, laboranti fœminæ compertum eſſet; illico ad preces obteſtationeſque verſa Deiparæ Virginis opem cupidè implorare inſtituit: factâque a Marito poteſtate voti in eam rem nuncupandi; ſpondet, ſi ex eo periculo evadat incolumis, prolemque fœliciter enitatur, ſe ad Sacram Ædem Lauretanam unà cum prole peregrè profecturam, eamque Virgini tanquam parenti (ut cui vitam referret acceptam) exhibituram. Voto

Lauretanę peregrinationis voto concepto parit.

ſuſcepto, eveſtigiò mater conualuit, ſtatimque cœpit partum eniti: ſed cum Medici, rem ex arte penſantes, negarent, eùm puerperio fore ſuperſtitem; ut animi ſaltem incolumitati maturè conſuleretur, ubi puer corpuſculi partem, quâ ſacri Baptiſmatis fonte tingi poſſet, emiſit, obſtetrix luſtralibus aquis aſpergere maturavit: Itaque Cælo priùs quàm terris natum, eâ religione libuit paternæ Dei Caritati Aloyſium filium ſuum ritè inſtituere, antequam Matri tanquam nutrici traderet educandum. Hoc prorſus nomine illum ſuſcepit Mater, ac peramanter arctèque complexa, ſalutari crucis

Digitized by Google

cis ſigno communitum, tamquam rem ſacram ac cæleſte munus deoſculata eſt: ſimulque magnam in ſpem venit, non ad vulgaria infantem illum parari, qui beneficiò fere æquatus eſt ei, *quo inter natos mulierum non ſurrexit maior*: ſiquidem in utroque pariter Propheticum illud impletur: *Antequam exires de Ventre ſanctificavi te*.

Nato igitur Aloyſio, eò unicè intenta fuit optima parens, ut cum primùm diſciplinæ maturus eſſe inciperet, ad omnem non ſolùm humanitatem, ſed etiam Chriſtianæ Vitæ ſanctimoniam informaretur. Haud enim ſolertiſſimam fœminam latebat, nos eſſe eorum, quæ pueri didicimus, naturâ tenaciſſimos, ſemperque roborari magis, atque obdurari, quæ nobis teneris cereiſque fuerunt impreſſa. Quare ſimul animaduertit puerum linguæ mentiſque aliquam libertatem adeptum, auguſtiſſima primùm ut Ieſu ac Mariæ nomina expediret, edocuit: mox diligenter curavit, ut traditam a Chriſto orandi formulam unà cum Angelicâ Salutatione, alijſque eiuſmodi Chriſtianis precibus ediſceret, memoriterque pronunciaret: Inter hæc autem ſæpiſſimè de divinis rebus, deque ijs quæ ad animi ſalutem pertinerent, gravibus verbis, ſed maternâ quadam ſuavita-

Prima Chriſtianę inſtitutionis rudimenta.

te conditis, puerulum commonebat. Idemque nutricibus (quarum in delectu non tam lactis copiam quam morum, qui cum lacte influunt, integritatem, humanitatemque hominum nutrimentum, ſpectabat) uti factitarent, alijſque quibus eius cura atque educatio demandata erat, ſedulò inculcabat. Vnde tantum Aloyſio rerum æternarum paulatim lumen affluſit, ut iam in ſe a primo ætatis exordio nec pauca futuræ ſanctitatis argumenta, nec obſcura præbuerit. Quo in genere duo potiſſimùm memoriæ prodita: Alterum, quod incredibili quâdam erga pauperes ac miſeros benevolentiâ, iuvandique ſtudio teneretur, idque quoties obuios habere contingeret, ſtatim vultu miſerantis in morem conformato, gemituque, ſin minus voce adhuc poſſet, ſatis apertè declararet: Alteru, quod cum primùm pedibus niti, ſoluſque ſine ductoribus ingredi cœpit, ſæpe domus latebras quæreret, ibique diu a domeſticis conquiſitus, haud aliter quàm poſitis genibus totuſque in preces compoſitus, atque intentus inueniretur. Sunt, qui præterea experti iuratique aſſeverant, tantam adhuc in puero pietatis ac Religionis vim enituiſſe, ſolo ut eius complexu ad inſuetos, novoſque erga pietatem amores incitarentur: perinde ac ſi non ex hominibus

Aloyſij adhuc infantis amor in pauperes.

Eiuſdem orandi ſtudium.

Sui complexu ad pietatem acuit.

bus aliquem, ſed delapſum e Cælo Angelum, cæleſtes undique flammas expirantem, complectèrentur. Hæc fuere Aloysij primordia, quibus quidem non tam oſtendere quid in præſens, quàm quid in poſterum futurus eſſet portendere viſus eſt. Quemadmodum enim in catulis generis grandioris maiora quàm pro ætate crura pedeſque ſatis indicant, quàm ingentem corporis molem iactis ijs fundamentis natura deſtinaverit; ita beneficia divinitùs Aloyſio tum infanti collata, longè ætatis captum exuperantia, quanta animi magnitudo ac ſanctimonia tam firmis fundamentis eſſet a Deo ſuperſtruenda, ſatis luculenter prænunciarunt.

* *
*

Digitized by Google

CAPVT II.

Educatio uſque ad annum ſeptimum.

Ferdinandus Aloyſium ad armorum ſtudium excitat.

VIx quintum ætatis annum attigerat Aloyſius, cum Ferdinandus Pater a Philippo Hiſpaniarum Rege ad Tunetanam expeditionem evocatus, eò cum tribus Italorum millibus ire parabat. Indictus ad Caſale maius, quod oppidum eſt in agro Cremonenſi, militum cenſus: quò dum cogitat Ferdinandus, ſtatuit ſecum ipſe etiam Aloyſium unà perducere, ut e matris ſinu, molliquè, uti ipſe aiebat, fœminarum educatione ſubductum, ad arma, reiquè bellicę ſtudium excitaret: ita enim religioſum Numinis metum piâ matris inſtitutione puerulo inſitum, vir militaris armorum uſu duratus interpretabatur: perinde ac ſi, metum omnem etiam Præpotentis Dei excuſsiſſe, ad virilem animi fortitudinem ſpectaret, non verò ad extremam dementiam ac ſtuporem; cuius unius ſit infinitam vim non metuere, quæ nonniſi metuendo declinatur. Eòdem

dem pertinet,quod cum Ferdinandus Caſtilione moraretur, puero vix ab uberibus rapto curavit, exigua arma, gladiolos nimirum, pugiunculos, paruas ex ære fiſtulas, atque alia eiusmodi fabricari ad pueri uſum accomodata, per quæ puerilis forma, quaſi virili fortitudine communita, alienas fortiùs occupat voluntates, ac veluti amorem expugnat. Cum verò deinde apud Caſale maius ordines recenſeret, Aloyſium criſtatâ Caſside, ac levi loricâ decorè inſtructum, & ſimul gladiolo, atque haſtâ eleganter ornatum, copias ducis in morem anteire voluit: ſemperque rebus huiuſmodi eum oblectare curabat, non ut puer ijs animum laxaret (quemadmodum Ferdinandus præſeferebat) ſed ut potiùs intenderet, atque unice armorum ſtudio caperetur. Quapropter eâ aſſuetudine flexile pueri ingenium paulatim ad arma declinans, aliud nihil videbatur expetere, niſi eam belli gloriàm quæ patris arte, ac lenocinijs fucata nihil niſi iucundum pollicebatur. Libuit tamen infinitæ Numinis benignitati, quæ Aloyſium ad maiora decora, ac ſolidiorem gloriàm evocabat, terrenæ huius gloriolæ inanitatem aperire, ſuoque eum voluit periculo doceri, quanta fæditas ſub ſpecioſo belli nomine deliteſceret. Quod ut perageret, compluries

per-

Pericula ex pyrij pulueris tractatione.

permiſit, ut æneis, quas ille manu verſabat, fiſtulis improviſâ nitrati pulueris conflagratione diſploſis, in extrema diſcrimina deveniret. Contigit aliquando, ut cum eumdem puluerem ad ignem concipiendum ore admoto ſollicitaret, ſubitò accenſus puluis vultum undique correptum miſerabiliter deformaverit. Quâ ex re, Papilionis inſtar flammulam circumuolitantis, expertus didicit, bellicam flammam (cuius ea portio ſpecimen erat) eminus ſpectantes admirabili oblectare fulgore, proximantes verò, tractanteſque horribili incendio diſcruciare.

Periculoſū fructus armorum odium.

His igitur, aliiſque eiuſmodi doctus periculis, multum de bellicæ laudis cupiditate depoſuit: eademque, cum inter noſtros verſaretur, ſæpè memorare conſueverat, ut inde occaſionem arriperet, Divinam Clementiam, cuius ope tanta a ſe pericula propulſaſſet, ſummis laudibus celebrandi. Reverſus tamen Caſtilionem, poſtquam Pater Tunetum cum exercitu diſceſſerat, quandam ſecum tulit loquendi licentiam, quæ illi ex quotidianâ militum conſuetudine adhæſerat, ut ne a turpibus quidem vocabulis, quæ nimirum ab ea colluuie frequēter evomi audierat, quandoque abſtineret: quamquam reverà, quid ea ſibi vellent (quemadmodum ipſemet Hieronymo Plato ſui ani-

Turpia vocabula a militibus diſcit.

mi

mi moderatori ingenuè faſſus eſt) nullo adhuc interprete cognorat. Facilis tamen eius morbi, qui nullas adhuc in animum radices egerat, depulſio fuit. Siquidem cum ſemel ea verba aliud agenti coram morum magiſtro (is erat Petrus Franciſcus Turcius vir probatiſſimus , & ſuo muneri haud impar) inconſultò , ac temerè excidiſſent ; illicò fuit ab eo graviori obiurgatione reprehenſus : Ea ſcilicet verba a viliſſimo aliquo mancipio audita , homini claris parentibus nato , cuiuſmodi ipſe eſſet , probro iuxta ac pudori eſſe debere : Honeſtos viros , qui ſuā iactent , non alienam a maioribus ſibi arrogent nobilitatem , non ſecus voce probari quàm auri pretium tinnitu aut ſono . Haud profectò aurum credi , quod plumbum , aut vile aliud metallum ſonet : nec fieri poſſe , eum qui honeſtè vivat,turpiter loqui,cū ſe quiſque ſuoſque mores eloquatur,atque honeſtæ vitæ potiſſimū,maximèque debitum officium ſit,honeſtè loqui. Linguam eo modo corruptā minimè videri in ſacro Baptiſmatis fonte,uti mos eſt, Chriſtiano ſale conditā, ſed ethnicā potiùs olere putredinem : nec immeritò guttur eorum,qui tam fædè loquantur ſepulcrum patens in ſacris litteris appellari , ut qui animi intus emortui , ac putreſcentis odorem exhibeant Proinde valde illis timendum , nè ad

Reprehenditur a morum Magiſtro.

infe-

inferos cloacam Vniverſi maximam, cum ceteris mundi ſordibus detrudantur. Ad huiuſcemodi obiurgationem magnà vocis contentione prolatam (uti cum puero, aurium potiùs, quam mentis iudicio rei gravitatem æſtimante, actum oportuit) conſternatus animo Aloyſius vehementer expalluit: ſimulque ſecum ipſe perpendens, quibus eam verbis commeruiſſet, ſuſpicari cæpit, aliquid turpitudinis, flagitijque in ijs latere, quod ceteroqui hactenus ignoraſſet: quare ex eo die non modò ab eiuſmodi verbis abſtinuit, ſed ſi quando alios licentiùs loquutos audiſſet, ipſe vel viciſſim obiugabat, vel, ſi ætas minimè pateretur, pudore genas ſuffuſus, oculiſque vel cernuis, vel aliò intentis, quantâ per eiuſmodi ſermones moleſtiâ afficeretur, abundè declarabat.

Reprehenſionis fructus.

Alios ipſe reprehendit.

Hæc fuere graviſſima eius crimina.

Atque hæc quidem fuere omnium graviſſima crimina, quæ Aloyſium, dum inter homines ageret, perpetraſſe, certâ fide compertum eſt. Ita enim diligentiſſimus eius Vitæ ſcriptor Virgilius Cæparius, cui tanquam rerum ſuarum arbitro omnes animi latebras non ſemel Aloyſius patefecerat, teſtatum reliquit. Quare ex ipſis criminibus, quæ propterea tacita non fuerant omittenda, eximiam eius ſanctitatem, ac propemodum incredibilem innocen-

tiam

tiam licet conijcere : namque veriſimile eſt ea, ne ad levioris quidem culpæ modum pertinuiſſe, ut quibus puerilis ignorantia malitiam omnem ademerit. Tanto tamen horrore eas qualeſcumque animi labes eſt deinde proſequutus, ut in omni vitâ voluntarijs ſupplicijs expiare nunquam deſtiterit. Quin in paruulâ illâ ætate uſque adeo piaculi huius eum pudor inuaſit, ut ne Dei quidem miniſtris, quibus conſcientiæ sinus ſacrâ confeſſione aperire conſueverat, id manifeſtare ſuſtinuerit, ſatis ceteroqui gnarus, ad eam rem præcepto non adigi. Si quãdo verò poſt initam ſocietatem familiariùs cum quibuſdam agenti locus daretur frangendi faſtus, ſuique reprehendendi, quem ipſe locum & quærebat ſedulò, & avidè arripiebat; illico ſe uſque adeo contaminatum, ac perditum perpetuò fuiſſe affirmabat, ut etiam a puero flagitioſa verba impudenter effutire minimè dubitaret: quod non mediocre, aiebat, futuræ improbitatis documentum foret. Sed reverâ non mediocre fuit futurę probitatis adiumentum, & voluntarię demiſſionis materia. Quare conſentaneum eſt credere, ſingulari divinę Providentię conſilio, Aloyſium in ea leviſſima errata labi permiſſum, ut, ſi quando ſuperbię ſtimulis propter tam eximia dona, quibus poſtea divi-

Tota vita illa deflevit.

nitus

Digitized by Google

nitus ornandus erat, agitaretur, haberet quò oculos demitteret, unde inflatus animus veteris conſcientię aculeo punctus illico detumeſceret.

Septennis ad Deum conuertitur.

Cum autem ad ſeptimum ætatis annum perueniſſet, quando nimirum animus excuſſo cupiditatum iugo, quo preſſus ijs hactenus paruit, ſeſe in libertatem aſſerit; tanto ſtudio ſe divini Numinis obſequio mancipavit, ut deinde mos illi fuerit, eam ætatem ſuę conuerſionis tempus nuncupare: cumque ea omnia quæ ſibi Deus O. M. benignè in vitâ feciſſet, vel ſecum ipſe perpenderet, vel ſuis moderatoribus exponeret; hoc unum pre cæteris referebat, quod ſeptennis a terrenarum rerum ſtudio ad cæleſtium amorem fuiſſet traductus. Quanto autē animi ardore ex eo tempore inſtitutum hoc vitæ perfectioris genus coluerit, inde fit manifeſtum, quod quatuor prudentiâ, & authoritate viri graviſſimi, qui confitenti aures præbuerant (fuit autem in ijs etiam Robertus Bellarminus vir ſanctiſſimus iuxta ac prudentiſſimus, cui ſub vitę exitum rerum omnium ab ſe geſtarum perquam accuratam rationem reddidit) poſtquam diverſi totius vitæ anteactæ labes in ſacrâ Confeſſione recenſentem audiſſent; teſtimonio fuerunt, tantam in eo vitæ integritatem atque in-

Gratiā in baptiſmo initā, nunquam amiſit.

nocen-

nocentiam extitiſſe, ut omni prorſus culpâ lethiferâ perpetuò vacaverit: nec unquam initam a Deo in ſacro Baptiſmate gratiam perdiderit. Quod ſingulare beneficium, ſi cum tantâ peccandi licentiâ conferatur, quanta Aloyſio patuit, antequam rebus humanis nuncium remitteret; certè longè pluris habebitur, quàm ſi per ſe ipſum ſpectetur. Qui enim a primâ ætate ſemper verſatus in Principum aulis (quas vitiorum omnium turmæ maximè inſident, atque ubi flagitioſorum exempla & multitudine & ſplendore flagitijs pudorem demunt) innocentiam incorruptam ſeruaverit, non unâ aliquâ præditus virtute, quæ ſit Innocentiæ cuſtos, dicendus eſt, ſed omnium ſocietate, & comitatu ſtipatus, ut vitijs omnibus in eius oppugnationem conſpirantibus fortiter obſiſtat. Quare cum adoleſcentiam præ ſanguinis feruore igni tartareo peropportunam ex tanto libidinum incendio integram inuiolatamque extraxerit Aloyſius, profectò Chriſtianæ vitæ ſanctimoniã omnibus numeris abſolutam, ut alia argumenta deeſſent, aſſequutus fuiſſe cenſendus foret. Huic tamen rei duos addere poſſumus locupletiſſimos teſtes. Alter eſt is, quem paulò ante laudavimus, Bellarminus, qui in præclaro quodam teſtimonio, quod litteris conſignatum de

Idque in in ſummâ peccandi licentia.

Bellarminus gratiã apud Deũ firmiter conſtitutum putat.

dit

dit de Aloyſij ſanctitate, iureiurando affirmat, cum a ſeptimo ineunte ætatis anno uſque ad obitum vitam omnes Chriſtianæ Virtutis numeros continentem traduxiſſe. Quin & in familiari quodam ſermone, qui ei aliquando cum Cæpario fuit, cum pluribus argumentis ſuaſiſſet, nunquam Reip. Chriſtianæ adhuc in terris militanti viros deeſſe, qui divinam gratiam ita peculiari nexu confirmatam haberent, ut nullis unquam Tartarei hoſtis conatibus ea dirimi poſſet; Continuò addidit: Atque in eorum numerum Aloyſium referendum eſſe minimè dubito. Alter eſt humani generis infeſiſſimus hoſtis, quem eximia pravitas æquè vel magis incorruptum præſtat Virtutis laudatorē atque alios eximia probitas: utraque enim a ſinceræ laudis corruptrice benevolentiâ tutatur: Siquidem pravitas benevolentiam tollit, probitas cohibet, nè in adulationem excedat. Huius autem teſtimonij, ac laudis hæc fuit occaſio. Percrebuerat Caſtilione toto in proximum D. Franciſci Cænobium, cui a Deiparâ nomen eſt, virum quendam aduentaſſe ex Franciſcanâ familiâ illuſtri ſanctitatis laude conſpicuum; qui etiam multa ſupra vim ordinemque naturę perpetrare magnâ cum hominum admiratione ferebatur. Illico rei novitate ducti properare omnes,

Mali etiā Demones eum prædicant.

omnes, certatimque viſere, alloqui, genibus aduolui, ſeſe denique ſuaque omnia commendare, nec niſi fauſtâ muniti precatione diſcedere. Adfuit etiam aliquando Aloyſius unà cũ germano fratre natu minore: venitque in templum cum ſanctus ille vir coram incredibili ſpectatorum frequentiâ hominem a malo Dæmone occupatum, adhibitis Chriſtiano ritu exorciſmis, aſſerere niteretur. Vix autem penetratâ turbâ ſeſe in conſpectum dederat ſanctus Adoleſcens, cum malus ille Dæmon intentâ in eum manu, magnâque voce inclamans: Hic ille eſt, inquit, hic profectò, quem ingens manet apud ſuperos gloria: quæ verba præter morem ab impuriſſimo illo ore egreſſa ſtatim in vulgus manarunt, ac deinde non defuere, qui memoriæ diligenter commiſſa, multo poſt tempore auditâ Aloyſij famâ recordati dicerent, ſe coram adfuiſſe, cum etiam maligni Dæmones (Deo ſcilicet per vim ac tormenta ex ore mendaciſſimo veritatem exprimente) Aloyſij laudes in templo ad confertiſſimam turbam deprædicarent.

Pia verò religionis opera, quæ hoc maximè tempore Aloyſius exercere conſueverat, hæc ferè prodita. Quotidie poſitis humi, nulloque ſubiecto puluillo genibus (puluillum autem, ut qui *Quotidianę pueri preces quā plurimæ.*

qui demiſſionem, eòque efficaciam precibus demeret, nec privatim unquam uſurpavit, nec publicè a famulis oblatum admiſit) eam precationem, quam exercitium quotidianum vocant, attentiſſimè ac religioſiſſimè ad Deum ſibi, aliiſque propitiandum, adhibebat. Septem præterea pſalmos Davidicos a pœnitente Rege unà cum lacrymis fuſos; mox alios quindecim, quibus veluti totidem gradibus Rex idem ſublimis ferebatur in Cælum; & quos Officium B. Virginis dicunt, eodem animi ardore, vel ſolus, vel comitatus ſingulis pariter diebus recitabat. Atque morem hunc ita conſtanter retinuit; ut cum per idem ferè tempus quartanâ febri diutiſſimè laboraſſet (per duo enim deviginti menſes ea tenuit) nunquam adduci potuerit, ut vel deſereret, vel aliquid de eo remitteret. Id tantummodo agebat, quando ſibi inualidus videbatur tanto oneri ferendo, ut aliquam è Matris pediſſequis ſibi adiungeret, quâcum recitando laborem partiretur. Hic autem tantus pietatis ardor in puero cunctis ceteroqui naturæ donis ornato, rutilans veluti gemma auro cõprehenſa, mirum in modum omnium in ſe oculos, atque ora converterat, ſic ut quàcumque graderetur, omnibus ſpectaculo eſſet, paſſimque ac palàm Angelicus adoleſcens, ſive Angelus e Cælo delapſus audiret.

Nec a febricitante omiſſæ.

Angelus paſſim nũcupatur.

CA-

CAPVT III.

Florentiam a patre ductus Votum Virginitatis concipit, eique cuſtodiendæ, Divinis licet adiutus præſidijs, humana nulla prætermittit.

INter hæc Ferdinandus a Tunetanâ expeditione Caſtilionem reverſus, Aloyſium octauum iam agitantẽ annũ longè alium reperit,ac digrediens reliquerat: nam antiquo illo militari feruore cum pueritiâ poſito, totum ſe ad Chriſtianæ modeſtiæ normam compoſuerat. Quia verò modeſtia, uti arborum poma, quò minùs acrimoniç, eò plus maturitatis in agendo prodit;licèt acrẽ bello militem deperdidiſſe nonnihil doleret; plùs tamen gaviſus eſt, maturum in pace principem, quem ſubiectis ſibi populis Rectorem relinqueret, inueniſſe. At generoſæ indolis adoleſcens alia omnia per id tempus meditabatur. Altius enim quoddam Virtutis & glo-

Poſito militiæ ſtudio altiora petit.

riæ genus in reliquam ætatem, ut & matri aliquando aperuit, iam tum ſpectabat. Cum enim illa ſæpesæpius in ſermone familiari Aloyſio inijceret, nihil ſibi optatius fore, quàm ſi unū quempiam e ſuis liberis Deo in religioſâ aliquâ familiâ dicatum cerneret; hoc idem aliquando iteranti in aurem dixit: Arbitror, Mater, futurum, ut olim Deus votis tuis tandem exoratus annuat: cumque iterum eadem vota die altero protuliſſet mater, addidit Aloyſius: Eumque, quē exoptas, præſentē videre te cenſeo: quibus pueri dictis, ne a matre tanquā puerilia contemnerentur, fidem faciebat matura ac propemodum ſenilis agendi ratio in res divinas ſemper intenta, & religioſæ Cænobitarum vitæ aptè proludens.

Ferdinandus Lucā ad balneas proficiſcitur.

Interea Genitor, dum gravibus articulorum doloribus preſſus, Medicis authoribus, ut ad aquas Lucenſes pergeret, eò cogitat, atque ad iter accingitur; in animum inducit, reluctante licèt, ac fruſtra in lacrymas effuſa coniuge, duos filios, Aloyſium natu maximum, & Rodulphum ætate proximè minorem, ſecum perducere, eo conſilio, ut in reditu Florentiam digreſſus, apud aulam Franciſci Medicei Magni Hetruriæ Ducis, quòcum vetus ei interceſſerat neceſſitudo, illos relinqueret: idque ut

unâ

unâ eâdemque operâ tam honeſtam neceſſitudinem foveret, & nati linguam hetruſcam, atque eius populi mores pari cum linguâ elegãtiâ præditos addiſcerent. Igitur Lucam profectus, ibique balneis adhibitis Florentiam cõtendit, quò cum veniſſet, rectà ad Franciſci Ducis ædes unà cum filijs decorè ornatis ſeſe contulit, eaſque ingreſſus perhonorificè iuxta ac peramanter pro veteri conſuetudine a Franciſco excipitur, multiſque verbis officij pleniſſimis ultrò citroque habitis, Ferdinãdus filios illi in obſequium obtulit, dicavitque: quos ut vidit Franciſcus egregiâ liberalique formâ magnam indolem præferentes, libens accepit, nihilque cunctatus iubet illis in aulâ locum parari pro dignitate. Verùm quia Pater eò filios adduxerat, ut latinas litteras ſimul cùm Hetruſcis, alijſque bonis artibus edocerentur; non multo poſt tempore, impetratâ a Principe veniâ, alibi ſedem extra aulam filijs conquiſivit: cumque morum magiſtrum, quem & humanioris diſciplinæ Doctorem eſſe voluit, præterea Domus Præfectum, Cubicularium, & reliqua ſeruitia aſſignaſſet, in proprias terras remeavit.

Aloyſius M. Duci ſiſtitur.

Biennium ipſum unà cùm Rodulpho fratre Aloyſius Florentiæ eſt commoratus, tantoſque ibi in rerum æternarum ſtudio progreſſus fecit, ut

Hæc domus adeũtibus a via Pergulæ monaſter. Camaldulenſium tertia; ad dexteram occurrit.

Florentia Aloyſio ſanctioris vitæ parens.

ut Florentiam ſanctioris vitæ parentem vocitare conſueverit. Feſtis tantùm diebus in aulam feriatus veniebat, profeſtos reliquos litteris dabat. Interea etiam ivvenilibus ludis, quò morum Magiſtro potiùs quàm genio obſequeretur, quandoque indulgebat, animo tamen ſemper alieno, & ſeria inter iocos meditante. Quâ de re Eleonora Medicea Mantuæ Dux memorare ſolita erat, Aloyſium, quoties ab ſe & Mariâ ſorore (quæ deinde Gallico diademate claruit) puellarem tum ætatem agentibus, ad ſecum in hortos animi causâ luſitandum, inuitaretur, reſpondere ſolitum, ſe luſibus, ac voluptatibus eiuſmodi minimè capi, verùm libentiùs aras Deo inſtructurum, alijſque talibus pietatis operibus quibus otium non opera luderetur, vacaturum. Quod reſponſum, quanti fieri deceat, ijs æſtimandum relinquimus, qui non amicos, uſque ad aras, pro veteri amicitiæ regulâ, ſed eâ peruersâ, aras uſque ad amicos colunt: illas nimirum, & quidquid ſanctiſſimum, ac religioſiſſimum fuerit, cuiuslibet vel vulgaris amici interuentu deferendo, atque adeo violando.

Luſus cũ puellis etiã regijs recuſat.

Occupaverat ſcilicet Aloyſij pectus rerum divinarum ac præſertim caſtiſſimę Deiparentis amor eximius, ſic prorſus, ut etiam Virginum in regias coniuges pubeſcentium, eamque ſpem iam-

Scilicet occupatus Deip. Virginis amore.

iamtum explicantium inuitamenta, Dei, Deiparæque amore, contemneret. Eâ verò erga Virginē caritate flagrabat, ut ubi in eius mentionem inter loquendum incideret, vel facta præclara animo contemplaretur, eveſtigio, mutatâ oris ſpecie, cæleſtis iucunditatis vi quodammodo ardere & colliqueſcere videretur. Excitaverat autem plurimùm huiuſmodi caritatem cum Civitas Florentina in Deiparę cultum maximè prona; tum etiam libellus quidam a Gaſpare Loarte Societatis noſtrę Præsbytero de Roſarij Myſterijs inſcriptus, nec ita pridem vulgatus: quem libellum cum aliquando intentè perlegeret, vehemens eum cupido inceſſit, præclarū, atque eximium aliquid peragendi, quo tantæ Virginis gratiam ac patrocinium demereretur: cumque animo agitaret, quâ maximè in re ei gratificari poſſet, illud in primis occurrit, nihil Virgini gratius futurum, quàm, ſi eius documenta ſequutus, ſuam Deo virginitatem concepto voto in perpetuum obligaret. Quare ad ſacram Deiparæ ab Angelo ſalutatæ imaginem ſummâ religione Florentiæ obſeruatā contendens, ibi poſt humiles & longas preces perpetuæ Virginitatis voto ſeſe obſtrinxit. Id verò votum tam ſanctè in poſterum coluit, ut non modò nihil unquam in eâ re,

Gaſparis Loartis libellus de B V perutilis.

Virginitatis voto ſe obſtringit

re, ne leviter quidem, offenderit; verùm, ut a Roberto Bellarmino, Hieronymo Plato, alijſque, qui ei a ſacris Confeſſionibus fuere, proditum eſt, ſancti Adoleſcentis corpus nec ullo vel minimo libidinis motu in omni vitâ concitum fuerit, nec mentem ulla unquam obſcæna cogitatio inuaſerit, fædaveritque: Quod tam ingens beneficium ne in ſanctiſsimos quidem eoſdemque Chriſtianæ pietatis principes viros Paulum, Hieronymum, Benedictum, alioſque complures collatum legimus. Quin Paulus, tametſi iterum ac tertiò Deum, quàm ſtudiosè potuit, rogaverat, ut ab ſe carnis ſtimulos depelleret; id obtinere minimè valuit. Hieronymus verò haud aliter, quàm validis correpti lapidis ictibus impuras cogitationes ex annoſo ceteroqui pectore excuſsit. Nec ante Benedictus, aut Franciſcus eâ peſte caruere, quàm ille in vepribus nudatum corpus, hic ſemel in nivibus, ſemel in prunis volutaſſet. Eò etiam Bernardus adhuc adoleſcens nudum ſe mento tenus hyberno ac frigidiſsimo tempore in ſtagnum merſit, quò nimirum aquis illis impuras flammas reſtingueret. Denique nullum legere memini, qui florente adhuc ætate omni prorſus libidinis ſenſu motuque, niſi poſt diuturnas preces, & magnos corporis cruciatus, vacaverit.

Nulla corporis aut mẽtis impuritate tentatur.

Ne-

Neque verò id aſſequutus credẽdus eſt Aloyſius beneficio ſtupidæ cuiuſdã naturæ, aut ſirigidioris,quàm ut libidinis facibus ſuccendi poſſet; ſiquidem, præterquã quod glacies ipſa vel maximè obdurata tartareo hoc admoto igne liqueſcat neceſſe eſt; ij omnes quibuſcum familiaritatis uſu coniunctus vixit, acri illum fuiſſe ingenio, ac præferuidâ corporis conſtitutione produnt. Quare ita nobis perſuaſum velim, uti etiam Aloyſio fuiſſe conſtat, tam eximium virginalis pudicitiæ donum non aliunde, quàm a virginum Parente Mariâ ſponte in Aloyſium profectum, qui idcirco ſemper eam loco parentis coluit, & quâcumque in re opus eſſet, paratum ſibi perfugium habuit.

Pudicitiæ donum a B. V. profectum

Vt tamen optimus Adoleſcens illibatum pudicitiæ florem ſeruaret, plurimum diligentię in eo poſuit, acrem ut illi ſepem, ſuis rigentem ſpinis, belluis abigendis aptam, circumdaret. Fuit enim ſemper cum in improborum comprimendâ audaciâ acer ac rigidus, tum in ſenſuũ, atque oculorum præſertim, cuſtodiâ tam vigil ac diligens, ut nihil ſupra. Nunquam niſi palpebris modeſtè demiſsis in publico verſabatur. Quin & publico malè creditam formam puerilem ratus, eo, ut maximè potuit, ſemper abſtinuit, haud ignarus non ſecus in hac cum hoſtibus

Humana ad id ſeruandum præſidia.

Senſuum cuſtodia.

ſtibus tartareis pugnâ, atque in aliâ quâlibet, quæmque,ut promptiſsimus ſit, ita faciliimè peti. Mulierum verò congreſſus,quin & conſpectum & præſentiam tanto ſtudio vitabat, ut ei cum illis naturale quoddam animi diſſidium ineſſe videretur. Hinc dum Caſtilione moraretur, ſi qnando (uti aſſolet) Mater ad eum unã quampiam ex nobilioribus fœminis, quarum miniſterio utebatur, rei alicuius nuntiam, allegaſſet; is ſemiapertis ianuæ foribus, atque oculis humi defixis, breviter reſponſa dabat, atque ab ſe, nec ingreſſu, nec aſpectu permiſſo, properè dimittebat. Imò, quod omnem videtur fidem prætergredi, ne Matris quidem alloquium, remotis arbitris, ferre conſueverat: Sed ſi fortè, ceteris dilapſis, in ſolo aliquo loco cum eâ remaneret; ſtatim virgineo quodam rubore ſuffuſus cauſas abeundi captabat. Ipsâ quoque mulierum umbrâ deterreri puer, haud ſanè pueriliter, videbatur. Cum enim neſciò quid luſus æquales ſui inſtituiſſent, ubi, quiſquis aberraſſet, pignori aliquid traderet, quod nonniſi datis pænis poſſet redimere: cumque Aloyſio pignus recepturo iniunctum eſſet, ut puellulę aſtantis umbram a lucernâ in parietem porrectam oſculo appeteret; ille pudore primùm, mox iracundiâ ſuccenſus, relicto pignore,

Mulierum fuga.

Nec matrē alloqui ſolus ſuſtinet

Muliebrē umbram horret.

re, ſeſe eveſtigio proripuit, nec amplius eiuſmodi luſionibus unquam indulgere animum induxit. Conſtat præterea aliquas primarias fœminas ſanguinis propinquitate ceteroqui coniunctas illi de facie perpetuò fuiſſe incognitas, licèt ſæpè ante oculos obuerſarentur. Rogatus verò, ecquid tandem cauſæ eſſet, cur tantopere fœminarum, quin & Matris conſpectum averſaretur? ille, ne ſtudium virtutis palàm faceret, naturalem ſui animi repugnantiam excuſavit. Hinc etiam pacto inter ipſum ac Patrem conuenerat, ut ne operâ ſuâ ad mulierū congreſſus abuteretur, ceterùm in reliquis omnibus preſto futurâ. Quamobrem ſæpe per iocum a Domeſticis eius rei conſcijs, *Hoſtis fœminarum*, laudabili, cunctiſque adoleſcentibus optabili conuicio vocabatur.

Hoſtis fœminarum appellatur

CA-

Digitized by Google

CAPVT IV.

Florentiæ magnos in Virtute progreſſus facit.

DVm Aloyſius Florentiæ moraretur cõtemplatus, quàm enormiter in progreſſu errent, qui initio a rectâ viâ deflectant, ſuos id ætatis leves licèt errores accuratiùs obſeruare, & crebriùs quàm antea ſacrâ confeſſione emendare inſtituit. Fuit illi propterea certus e noſtrâ Societate Sacerdos a Moderatore deſignatus: Vir ſanè religioſus ac prudens, qui eâ tempeſtate in collegio noſtrorum cum imperio erat. Ad eum cum primùm venire debuit, domi ſeſe diligentiſſimè, omnia vitæ facta dictave diù reputans, comparavit. Mox ad eius pedes provolutus, tanta illum ſacri Adminiſtri reverentia, iſque culparum dolor ac pudor inuaſit, ut veluti mortalium omnium nequiſſimus, vix dum inchoatâ confeſſione, in terram exanimis defluxerit. Ad quem Moderator cõtinuò accurrens, brachijs è terrâ ſublatum domum reduxit: ubi paululum recreatus non multò

Mirus cul parum dolor.

tò

tò poſt iterum ſe ſacro Miniſtro ſiſtens, univerſas anteactæ vitæ labes, ingenti cum animi dolore, ſed pari deinde ſolatio, patefecit. Deterſis vitæ ſuperioris maculis, perinde novam vitam exorſus eſt, ac ſi tunc primùm in eam ingrederetur: cæpitque diligentiùs in ſeſe cenſor inquirere, & motus moreſque omnes in trutinâ quodammodo ſuſpendere, ac ſolerter examinare, ut ſi quid quâque in re vitioſum eſſe deprehenderet, penitùs ſubmoveret, atque adeo cum imis ſtirpibus evelleret. Cumque ſe ſtudioſè obſeruaſſet, duo potiſſimùm reprehenſione digna animaduertit; primum, quòd eſſet ad iracundiam pronior, licèt eam corde ſedulò premeret, nec in verba prodire, nec vultu indicia dare permitteret. Quare intentâ ac diuturnâ meditatione iracundiæ turpitudinem contemplatus, idque præſertim, quod quandiu ipſa mentis obtinet gubernacula pulsâ e ſuis ſedibus ratione, homines ad inſaniam actos cogit in ordinem iumentorum; ſummâ animi cõtentione eam affectionem perinde compreſſit, ut carere in poſterum, nedum edomuiſſe, videretur. Alterum, quod ſæpè in circulis imprudenti verba aliqua exciderent, quæ abſentes nonnihil vellicarent; quod licèt, ut ipſemet arbitrabatur, vix inter leves noxas cenſeri me- *Et quidẽ leviſſimarum.*

rere-

reretur; attamen uſque adeo exhorruit, ut, ne ſe iterum huius qualis qualis culpæ reum coram ſacro Miniſtro ſiſteret, non externorum modò, verùm etiam domeſticorum conſuetudinem vitare, ſecumque eſſe & verſari cæperit, ratus loquendi artem, non ſicut ceteræ, sæpius exercendo, ſed ceſſando & ſilendo comparari; ſiquidem meditata verba huic arti propoſita, non niſi ſilentio fiant. Ex eo autem tempore omni luſus genere in reliquam ætatem, niſi fortè imperio adactus, abſtinuit: & licèt propterea a ſuis æqualibus conſcientiæ angore, & ſcrupulis ſollicitari exiſtimaretur; nihil penſi habebat, quid alij de ſe dicerent, crederentue, malens conſcientiam ſedatam habere & turbatam credi; quàm contra nimiâ garulitate turbare, ut ſedata atque hilaris crederetur. Stultum enim cenſebat, felicitatis imaginem in alienâ mente inſculptā veræ felicitatis impendio comparare.

Silētio loquēdi artem addiſcit.

Aliena de ſe iudicia cōtemnit.

Hoc eodem tempore in reliquis virtutibus eos progreſſus fecit, quibus vel decrepitus ſenex ſupremos vitæ dies clauſiſſe libenter tulerit. Tanta in illo erat aduerſus eos, qui præeſſent, obſeruantia, ut non ad imperium modò, verùm etiam ad vultum, nutumque in omnem partem ſine morâ conuerteretur: nihilque quātumuis

Singularis obediētia

tumuis

tumuis leve (uti eius Moderator teſtatus eſt) quod eſſet ab ijs denunciatum, omiſerit unquã. Contra verò uſque adeo ab imperandi munere alienus, ut famulos (quos ex naturæ iure, non ex iniuriâ fortunæ æſtimans pares arbitrabatur) precibus potiùs flectere, quàm iuſſis urgere mos illi eſſet. Quamobrem Dominum iſti ſuũ quem tanta humanitas præter morem ceterorum ſeruis æquaret, veluti ceteros homines humanitate ſuperantem,& venerabantur,& amore ſummo complectebantur. Pudore autem & verecundiâ, quæ in illâ maximè ætate vernat, eiuſque flos eſt, ac præcipuum ornamentum, eòuſque proceſſerat, ut cum illum manè famuli veſtimentis induere deberent, totus rubore perfunderetur, ſemperque oculos demiſſos gereret: & ne quâ corporis parte nudatus appareret, vix primores pedis digitos e ſtragulâ veſte exertos tibialia inducturo exhiberet. Similia memorare poſſem de reliquis virtutibus, ſed ea, ut magna ſint, & magnos mortalium reliquos effectura, ad maiora tamen properanti contemnenda ſunt, eâque etiam de causâ prætereunda, ne feras veluti dapes omnium lectiſſimas, tanquam ſatur conuiva, lector deſpiciat.

Cũ famulis nõ imperio, ſed precibus utebatur.

Mirus pudor, ubi ſe famulis in duendum permittit.

CA-

CAPVT V.

Vitæ auſteritas cum ſolitudinis & Contemplationis ſtudio : ubi & primi in Societatem Amores .

Is moribus ac pietate in Hetruriâ imbutus Aloyſius Mantuam a Patre , qui id temporis apud Montemferratum vices Guilielmi Ducis implebat , revocatur , annum tunc agens duodecimũ.Ibi dum cõſueta petatis ſtudia exercet,nouum conſiliũ capit,Caſtilionis dominatum,cuius inſignia ei dudum a Maximiliano Cæſare decreta fuerant , Rodulpho fratri tranſcribendi , ut reliquis omnibus poſthabitis , clericæ militiæ ſacramento obſtrictum ſe , ſuaſque omnes cogitationes divinis æterniſque rebus procurandis dicaret . Ad id conſilium ineundum , præter votum virginitatis , quòd in eo ſtatu tutiùs cuſtodiretur , nonnihil etiam momenti attulit perdifficilis ſtranguriæ morbus , quo per eos dies periculosè admodùm ægrotavit . Haud enim divinæ Providentię viſum , probos viros communibus mor-

Stranguriæ morbo laborat.

Digitized by Google

mortalitatis vectigalibus levare, ne virtus hâc mercede corruptâ, ac vitiata, in ſuperbiæ tumorem abſcederet. Qui morbus aliam quoque auſterioris vitæ ſtudium provehendi occaſionem aperuit: Cum enim humorum copiâ id malum nutriri Medici arbitrarentur, ſeveram cibi abſtinentiam, in qua noxios humores famelica natura exederet, indixere: quam ille tanto ſtudio complexus eſt, ut non longè abfuerit, quin victu tam tenui morti occurreret eâdem planè viâ, quâ declinare tentabat: cibo enim uſque adeo exili & parco utebatur, ut ſi ſemel ouum cœnaſſet integrum (quod & rariſſimum erat) tunc demum ſe opiparè epulatum exiſtimaret.

Eoq. utitur ad auſteritatem augendã.

Ouum integrũ cæna illi opipara.

Morbo tamen levatus (Numine bonæ mentis conſilia avia atque aberrantia in viam revocante) animaduertit, quantùm diuturnâ illâ inediâ attritæ eſſent corporis vires; tantundem, veluti hoſte debilitato, animo roboris acceſſiſſe, eamque voluptatem, quam palato detraxerat, menti divinitus reſtitutam: quare cum mentis robur ac voluptas antiquior illi eſſet, quàm corporis; quæ ieiunia medicina indixerat, pietas provexit, ſic ut ultrà quàm oportuit, integrum ferè annum inſtitutam cibi abſtinentiam retinuerit. Hinc tamen ſto-

macho tanta imbecillitas extitit, ut cibum nec appeteret ampliùs, nec ſine violentiâ & nauſeâ poſſet admittere, quin & violenter admiſſum continuò evomeret. Quam ob rem, is qui habitu corporis antea optimo ac pleno erat, iam gracilis & exuctus, atque adeo fractis viribus ſtare vix poterat. Rarò in publicum prodibat, niſi fortè ſacras ædes divos ſalutatum adiret, vel religioſorum aliquem conueniret, quocum ſermonem de rebus ad beatam vitam ſpectantibus haberet. Ingens autem ex hâc virium infirmitate commodum ſibi acceſſiſſe gratulabatur: eam nimirum ſe poſſe cauſam obtendere, ſi quando aulicis obiectamentis ac luſibus abeſſe luberet, quod firmo valentique minimè licuiſſet. Interea verò integros dies domi ſedere compulſus, magnâ cum animi ſui voluptate ſanctorum virorum hiſtorijs evoluendis, ubi documenta virtutum iuxta, atque incitamenta caperet, ſuiſque Deo fundendis precibus vacabat. Quo vitæ genere mirificè delectatus, iterum propoſitum imperij titulos, atque inſignia exuendi, eaque Rodulpho conferendi obfirmavit, ut omnibus terrenarum rerum curis vacuus, ac prorſus immunis uni Deo operam dare omnem valeret.

Commodū ex inedia, atque indè orta imbecillitate.

Ratus interea Parens patrium cælum fore

Aloy-

Aloyſio præ extero quolibet mitius ſalubriuſque, quamque ſemel dederat vitam, fideliùs ſeruaturum; eum per litteras monet, ut quamprimùm per valetudinem liceat, ſeſe Caſtilionem recipiat: quò cum is brevi perueniſſet, paucis poſt diebus commodiùs habere, ac firmioribus uti viribus cæpit: & profectò conualuiſſet, ſi valetudini nonnihil parcere, vitæ illâ aſperitate depoſitâ, vel ſaltem mitigatâ, collibitum foret. At ille de æternâ potiùs atque immortali, quàm de interiturâ vitâ ſollicitus, huius diſpendio illam ſibi coemere, compendium arbitrabatur. Quare ad antiquam victus tenuitatem, perpetuam ab amicis, notiſque omnibus ſolitudinem, ac ſilentiũ adiunxit: quibus ex rebus illud aſſequutus videbatur, quod animus, imminutâ per eduliorum abſtinentiã corporis ſarcinâ, ſurſum liberiùs evolaret, Deoque propior factus, eius verba, ſubmotâ turbâ, ac tumultu, faciliùs exaudiret. Cum verò ea ſit infinita Divinæ caritatis benignitas, ut quos ab hominum commercio ſuâ causâ ſemotos videat, eos ſingulari quâdam benevolentiâ complectatur, blanditijſque demulceat; ſanctum Adoleſcẽtem omnia ætatis oblectamenta, atque hominum conſortia ſuâ causâ declinantem, cæleſtibus delicijs recreare, ac mirâ animi iucun- Ad victus tenuitatẽ ſolitudinẽ & ſilentiũ adiungit.

 ditate

Cæleſtibus delicijs terrenarũ fuga penſatur.

ditate perfundere inſtituit. Nondum verò ad eam uſque ætatem artem Divina contemplandi noverat, nullos hactenus nactus magiſtros, ſolâque voce precari, ut vulgò ſolent, contentus erat. Verùm in eâ domeſticâ ſolitudine uno Deo præceptore quamcitiſſimè didicit, quidquid hominum præceptis, inſtitutiſque didiciſſet nunquam. Id enim divinus ille Magiſter præſtat præ cæteris, ut vim intelligendi antea donet, ac deinde ſuis præceptionibus inſtruat, Regius uti vates monet: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te:* quod præſtare præceptores noſtri, qui doctrinam non intelligentiam tradunt, nequaquã poſſunt. Itaque viam, ac rationem, quâ divina contemplaretur divinitus edoctus, plerumque diei genio indulgens æterni Numinis nunc potentiam in condendâ atque adminiſtrandâ rerũ univerſitate, nunc infinitam, quâ homines in Cruce deperijt, caritatem, contemplando exigebat. In eiuſmodi verò contemplationibus incredibili quâdam mentis dulcedine, ac ſuavitate delibutus ingentem vim lacrymarum fundere cogebatur. Inde autem ſolitudinis, ac ſilentij amor magnum in dies incrementum cæpit: veritus ſiquidem, ne, ſi in hominum ſeſe conſuetudinem vulgaret, divinam cum cæleſti illâ voluptate coniunctam amitteret; ferè nunq᷈ã

Deo magiſtro contẽplandi artem edicit.

domo

domo, imò, ne conclavi quidem, efferebat pedem, ſeſeque publico dabat. Quod cum famuli animaduerterent, per ianuæ rimas, quid tam longo tempore abditus moliretur, ſtudioſè perſcrutabantur. Sæpè autem eum cernebant poſitis ante Chriſtum è cruce pendentem genibus, intentiſque in eum oculis perpetuo lacrymarũ imbre manantibus, complures horas extrahere: cum interim brachijs nunc expanſis, nunc ante pectus in crucis modum decuſſatis, magnos gemitus ac ſuſpiria, voceſque ſingultibus abruptas emitteret, ſic ut foras etiam emanarent. Interdum verò animo a ſenſibus avocato, ænei inſtar ſimulacri, toto corpore immotum, oculiſque inconniventibus, atque in uno obtutu defixis hærere conſpicabantur: quo tempore domeſticis datâ operâ perſtrepentibus, quin & apertis foribus conclave ingreſſis, prorſus exaudiebat nihil. Cuius rei cum rumor iactaretur in vulgus, præter domeſticos multi etiam externorum ad eaſdem ianuæ rimas ſpectatum admittebantur: nec in ſe ſine admiratione, magnoque erga pietatem ſtudio, quam uſque adeo honeſtabat nobilis adoleſcens, excedebant. Semper autem ex eo tempore, quo divinitus eam meditandi ſcientiam hauſerat, mentem rerum divinarum commentationibus domi, foriſque

Mentis in divina cõtemplatione raptus.

ſiue curru veheretur, ſiue pedibus iret, occupatam habuit. Interdum verò etiam voce aliquid precabatur: Ac ſæpè a compluribus obſeruatum eſt, cum gradus domeſticos ſcanderet, in ſingulis hæſitantem Angelicâ formulâ magnâ obſequij, atque amoris ſignificatione, Deiparam ſalutaſſe.

Deiparæ amor.

Præcipuum tamen ſtudium tacitæ meditationi impertiebatur, licèt necdum certa rerum capita præfinire, nec ſtata obſeruare tempora morem haberet. Incidit autem per eos dies in libellum Petri Canisij, viri è noſtrâ Societate doctiſſimi pariter ac ſanctiſſimi. Vbi cum materiam pijs commentationibus uberem, tum etiam rectè atque ordine diſpoſitam reperit. Cuius libelli lectione mirificè delectatus, primò in Authorem, deinde in ſocietatem, quæ tales pareret, aleretque viros, eſt vehementer affectus. Cum verò ſub idem tempus ad eius manus veniſsēt litteræ illæ, quas Patres Societatis Ieſu ex Indiâ Romam quotannis mittunt (quibus nimirum ſupremum totius Societatis Præfectum docent, quid ibi agant noſtri Ordinis homines, quaſque moleſtias, ac tormenta perferant, ut perditum genus a miſerâ dæmonum ſeruitute in veram Chriſti libertatem aſſerant) mirum quanto eiuſmodi virorum ſocietatem ineundi,

Ex Canisij lectione primus in Soc. amor.

ſe-

ſeſeque, ac ſuum caput pro æterna aliorum in columitate devovendi deſiderio exarſerit. Quia verò tam ſubitò eam cupiditatem explere, ut maximè voluiſſet, minimè potuit; id ſaltem volens quod poterat, quidquid opis ei per ætatem & vires in alienam ſalutem conferre permiſſum erat, impigrè conferebat. Quare ſingulis feſtis diebus templa, ubi Chriſtianis rudimentis plebs ac pueri inſtituuntur, celebrabat: ibique etiam ipſe eximio animi ardore, ad debitam tamen ætati modeſtiam compoſito, piæ Cathecheſi operã dabat: idque tantâ erga omnes vel infimæ plebis puerulos facilitate, & comitate, ut omnium in ſe oculos, atque ora cõverteret. Si quando autem domeſticos famulos infeſtis animis inter ſe diſſidere cognoſceret, eveſtigio eos conuenire, atque in gratiam reſtituere curabat. Impios verò nefarias voces in Deum ac ſuperos inter iurgia iactantes (qui ſtolidè efferatis hominibus mos eſt, ferociam ſuam, in Superos exercendo, commendare) aſperioribus verbis, gravi Principis perſonâ tantiſper indutus, acriter increpabat. Atque univerſim ſi quem in Civitate in voluptates, & flagitia effuſum intelligeret, ad eum ſtatim veniebat, modiſque omnibus, quâ maximâ poterat eloquentiâ, è vitiorum cæno ad bonam

Auctus litteris ãnuis ab India miſſis,

Cathecheſim docet diſſidia cõponit, & flagitioſos corrigit.

Digitized by Google

mentem revocare conabatur : & felici quidem ut plurimum exitu ; tantò plùs valentibus pue-rilibus verbis , quantò minus a puero ea prodire poſſe putabantur : Sic enim fiebat , ut Dei verbo,quod puer adulterare non poſſet,tan-quam divino inuita-mento, homines libentiùs ob-ſequeren-tur .

CAPVT VI.

Aloyſij cum S. Carolo Borromæo congreſſus.

ANnus agebatur a Virginis partu 1580, cum Carolus Borromæus Romanæ Eccleſiæ Purpuratus, ac Mediolanenſis Antiſtes, Pontificis Maximi nomine omnes ſibi ſubiectorum Epiſcoporum Diæceſes obire, Apoſtolicus inſpector iuſſus eſt: cumque Brixienſem Diæceſim luſtrādo excurreret, Caſtilionem, ubi tunc Aloyſius morabatur, aduenit. Ad eum optimus Adoleſcens ſtatim conuolat, ſpecie quidem ut ſalutem impertiret, re autem ipsâ ut a viro conſuetudinis atque exempli tam ſalutaris acciperet. Multum enim iam pridem in ijs locis eximij Præſulis nomen erat: quare & coram ſpectandi quæ de eius ſanctimoniâ fama vulgaſſet, diu in votis habuerat. Sanctum adoleſcentem vir ſanctiſſimus magnâ animi, ac vultus hilaritate excepit. Vbi verò de diuinis rebus inter eos colloqui cæptum eſt, tantus utrinque amor exarſit, ut inſtitutum ſermonem abrumpere vix longa

Mutua Caroli atque Aloyſij ex congreſſu lætitia.

ga temporis diſpendia perſuaſerint. Angelum humanâ indutum ſpecie,quæ tamen Angelicam quamproximè referret, videre ſibi Carolus videbatur, plurimùmque gaudebat præmaturos virtutis fructus, minimèque in tenerâ arbuſculâ expectatos inſpicere. Contra verò Adoleſcens Chriſti ſimulacrum in egregio Antiſtite, munere ac moribus expreſſum agnoſcens, ex eius ore tanquam ex eiuſdem Chriſti oraculo pendebat: Multa hinc ad animi ſalutem pertinentia ſcitari: intima aperire præcordia: rogare, ut monita daret, quibus lubricum adoleſcentiæ callem ſtabili veſtigio decurreret: ac denique tam ſalubre colloquium, quibuſcũque rebus quamdiutiſſimè poſſet, extrahere. Hic cum S. Antiſtes ex Aloyſij verbis cognoviſſet, illum cæleſti conuivio ad eam uſque diem accubuiſſe nunquam; ſeriò monuit ut Euchariſticum panem non ſumeret modò quamprimùm, ſed frequens in poſterum eſitaret:ſimulque modum, quo cum magno animi emolumento ſacroſanta myſteria celebranda forent, edocuit. Hortatus præterea eſt,ut Catechiſmum Romanum Tridentinę Synodi authoritate nuper editum crebrò verſaret: Inde enim fieri, ut puerorum lingua ex latino pariter ac divino eloquio unâ operâ quid quemadmodum loqui debeat

Monita Caroli Aloyſio data: frequẽs Euchariſtiæ ſumptio, & Catechiſmi lectio.

beat utiliter inſtruatur. Quæ omnia eum Aloyſius vehementer probaſſet, atque in animum ſedulò condidiſſet, factâ abeundi poteſtate, diſceſſit.

Exinde nihil ei magis curæ fuit, quàm ut ſeſe ad cæleſte pabulum pro dignitate (quantùm humanę liceat imbecillitati) compararet. Quamobrem, ne quid in animo ſuo tanto hoſpiti, quem ſuſcipere parabat, offenſioni eſſet; cæpit vitæ ſuperioris noxas quantumuis leves diligentiſſimè perſcrutari. Mox ad ſacræ Confeſſionis tribunal accedens univerſas ordine expoſuit, lacrymiſque ubertim profuſis expiavit. Toto eo tempore quod præſtitutũ divino epulo diem præceſſit, aliud nihil mente agitabat, præter unius Euchariſticæ dapis iucundiſsimam recordationem: ea erat ſermonis, ea meditationis, ea denique lectionis aſsidua materia. Moræ omnis videbatur impatiens: illam tamen ſolabatur, ſpe divino hoſpiti per longiorem apparatum magis gratificandi. Quare per eoſdem dies tam frequenter orabat, ut ubicumque eum ſanctæ cupiditatis ardor inuaderet, ibi ad preces & vota, nullâ habitâ adſtantium ratione, flexo poplite ſeſe demitteret: proinde ioco domeſtici dictitabant, Aloyſium obuios quoſque parietes, ac lapides in genua provolu-

Comparat ſe diligentiſſi. e ad Euchariſtiam primũ ſumẽdam.

tum

tum adorare. Qualis verò fuerit geſtientis animi ſenſus cum primùm cæleſtes epulas guſtare licuit, tametſi hiſtoria tantorum arcanorum minimè conſcia omittit; inde coniectandi facultas datur, quod cum fames viliſsimi cuiuſque cibi condimentum ſit periucundum, nonniſi vehementiſsimâ iucunditate perfuſum credere par eſt, qui tantâ aviditatæ cæleſti huic cibo *omne cæteroqui delectamentum in ſe habenti*, antea inhiaverat. Id unum hiſtorici narrant ex familiarium teſtimonio compertum: quod cum ſacrâ Euchariſtiâ eſſet refectus, paululùm ab arâ turbâque confertiore ſecedens, attentiſsimo animo, vultuque ad pietatem, ac modeſtiam mirificè compoſito, nixus genibus, lacrymiſque ſponte fluentibus, diutiſsimè orabat: idque nõ ſine magnâ cæterorum admiratione vehementique ad virtutem incitamento. Ex eo verò tempore Auguſtiſsimum Chriſti Corpus tantâ veneratione, atque amore proſequutus eſt, ut quotidie, dum ſacerdos ſacris operaretur, peractâ panis, ac vini conſecratione, continuò vim lacrymarum profunderet, ſic ut pavimentum ipſum large irrigaret: quam conſuetudinem in omni deinde vitâ retinuit.

Quotidie lacrymas fundit peracta panis & vini cõſecratione

Porrò Catechiſmum Romanum de ſancti Præſulis conſilio verſare inſtituit, alioſque ad eiuſdem

einſdem lectionem, quam ſibi non vulgari adiumento fuiſſe compererat, impellere: nec unquã libros turpes, aut fabulis refertos (ubi noſtri æui ſcriptores locatâ Diabolo ad perdendã miſeram ivventutem operâ, fictis libidinibus, quaſi propoſitâ imagine ad veras turpiſsimi lenones alliciunt) præ manibus habuit, aut aſpectu dignatus eſt. Sed ultra prædictum Catechiſmũ præclaris ſanctorum monumentis a Surio, & Lippomano relictis ſummoperè oblectabatur. E profanis verò ſcriptoribus Seneca præ cæteris, Plutarchus, ac Val. Maximus, qui ethica fingendis moribus pertractant, in delicijs erant: ex ijſque dicta quædam ſivè exempla memoratu digna excerpens in commentarios referebat, uti deinde cum alios ad virtutis ſtudium hortaretur, opportunè promeret. Crebrò enim de rebus divinis vel ad ſingulos ſeorſum, vel ad privatam complurium concionem verba faciebat: ubi ea erat ſententiarum copia pariter ac delectus, iſque dicendi ardor, ut virilem eloquentiam, non cum eo in ſtudijs adultam, utpote ætate longè maturiorem, ſed è Cælo inditam vulgò arbitrarentur.

Libros turpes exhorruit.

Adhuc puer concionatur.

CA-

CAPVT VII.

Profectus in Montemſerratum Religioſo inſtituto animum adijcit.

ACceperat Ferdinandus Aloyſij Parens, qui Caſale Montiſferrati adhuc adminiſtrabat, Aloyſium ex recenti morbo non mediocriter recreatũ:ſed uſque adeo voluntariâ cibi abſtinentiâ fractum, ac debilem, ut ſtomacho reſoluto cibos faſtidiret omnes, nec niſi cum nauſeâ captos vel ex ore ſtatim egereret, vel planè crudos deijceret. Quare ſpe animo oblatâ, futurum, ut, ſi eius ipſe valetudinis curam ſuſciperet, puer facile conualeſceret, eum ad ſe unà cum Matre, ac Rodulpho evocat. Quamobrem Aloyſius Caſale profectus, hæſit in eo oppido ferè anni dimidium, ubi religioſos viros pietatis officijque plenos ex animi ſui ſententiâ nactus, longè aliàm vitæ rationem tenuit, ac paterna vota expoſcerent. Statim enim in eorum ſeſe amicitiam inſinuans, ijs duntaxat, cæterâ amicorum turbâ poſthabitâ, familiariter utebatur: ut quos rebus æternis ad-

dictos,

Digitized by Google

dictos, fluxarum eximios contemptores experimento didicerat. Ii autem erant ex Capuccinorum, ut vocant, ac Barnabitarum familijs, ex quorum conſuetudine, cum a terrenarum rerum ſtudio iam penitus abhorreret, magnos in divino amore (qui decedenti terreno ſuccedit ſemper, utpotè illius exactor, ſuique vindex imperij) progreſſus fecit. Tantà verò mentis ſuavitate compleri ſolitus erat, cum inter Patres verſanti de ſupernis, æterniſque bonis agere contingeret, ut ab ijs nonniſi ægrè divelli pateretur. Satis autem mirari ſe poſſe negabat, perpetuam illam, quam in pleriſque ex Patribus deprehenderat, animi ſivè in proſperis, ſivè in aduerſis æquitatem: ſummamque rerum humanarum deſpicientiam, quâ fieret, ut uno eodemque uultu utramque fortunam, ut nihil dare, nihil adimere validam, exciperent: mirum præterea totâ domo, plenâ cæteroqui habitatore, ſilentium: deſignata etiam cuique operi tempora, datoque ſigno feſtinatum ad quæ quiſque vocaretur, obſequium, atque alia id genus permulta, quæ alibi nuſquam cernere meminerat. Ea verò dum ſecum ipſe domi per otium reputat, prima illum, eademque minimè levis cupido inuaſit, eiuſmodi perſequendi vitæ inſtitutum: ibi ſolùm ratus (quamc

Cum Capuccinis, ac Barnabitis libèter verſabatur.

Religioſi aliquod inſtitutum amplecti upit.

fruſtra

fruſtra mortales in cæno vitiorum quæritant) habitare felicitatem; ubi dignum cæleſti genere hoſpitium inueniat: nimirum inter eos, qui cælitibus haud abſimilem vitam ducant. Nondum tamen certa animo ſententia inſederat, quam præ cæteris inter religioſas familias ſibi deligendam ſtatueret. Sed ut in re tanti momenti ſupernum ſibi pararet lumen; crebrò ſupplex Divinam Clementiam obteſtabatur, uti viam quâ ad ſe aſpirare vellet, vitæque genus, quod præ omnibus eligendum ſibi eſſet, oſtenderet: & ut oranti linguæ vim atque efficacitatem adiungeret, ſæpius in eam rem divinâ Euchariſtiæ dape refecit. Interea, quò foret ad iter a Deo monſtrandum expeditior, omne ſtudium ac diligentiam eò contulit, ut ſeſe a rebus humanis abſtraheret, totumque in religioſi hominis formam componeret. Hinc verò diutius domi, atque adeo in conclavi latitare, repudiare delicias omnes, ſe ipſe aſſiduo labore frangere, dura omnia, quæque magis ſenſus pulſarent, libentiùs perpeti. Hyemis erat eâ tempeſtate, ut in inſubriâ aſſolet, aſpera in primis, manuſque illi præ ingenti frigore tumidæ ac fatiſcentes diſruptâ cute undique ſanie diffluebant; nunquam tamen eò adduci potuit, ut remedia ulla ſibi adhiberi pateretur:

Aſpera ſui tractatio, atque eximia frigoris tollerãtia.

ſed

ſed perhumaniter, ſiqua offerrentur, admiſſa, illicò occulebat, alijs in poſterùm profutura. Nec unquam ſuſtinuit, ut in cubiculo frigoris depulſor ignis incenderetur, vel aliunde, quo ipſe, vel lectulus incaleſceret, a familiaribus deferretur. Quin etiam nunquam ad focum vel nivoſo ac prægelido tempore accedere ſolitus fuit: ſed, ſi id domeſticorum, ſeu amicorum ſocietas commoneret, camini latera contra ignem munimento erant. Celebritatem vitabat omnem, præſertim ſi comædia, vel cæna eſſet adeunda: quo tempore ne parentum quidem inuitamenta audiebat: ſed ceteris confluētibus, ſæpè ſolus ex omnibus domi ſupererat, eò magis contentus, quò maiorem divinarum rerum meditationibus quietem atque otium impertire liceret. Quandoque etiam virum ad ſe aliquem graviorem, magiſque eruditum acceſſere, quocum de rebus ad pietatem vel litteras pertinentibus colloqueretur, voluptas illi erat omni celebritati anteferenda.

Interea Ferdinandus Mediolanum contendere iubetur, ut ibi pro ſuſcepto munere, dum equitatus totius Provinciæ, de more recenſetur, unà cùm alijs ordinum Præfectis, interſit. Res futura erat ad aſpectum iucundiſſima: quare ad eam viſendam undique magna hominum *A ſpectaculis oculos avertit.*

multitudo confluxerat. Ferdinandus Aloyſium ire ſibi comitem voluit: nec tergiverſari fas erat, cum ad id Patris imperium, cui tanta ſolitudo minimè probabatur, acriter urgeret, Paruit Aloyſius, perrexit, interfuit: ſed locum ſibi delegit, unde minùs commodus eſſet proſpectus: nec unquam exorari permiſit, quamquam id precibus omnibus tentarunt complures, ut prima theatri ſubſellia occuparet. Imò (quod magis admirationem parit) toto tempore quod pompa illa ſpectatu digniſſima obtinuit, ſemper oculos, menti alia ſpectanti obſecundantes, vel clauſos, vel aliò conuerſos habuit.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Summa Vitæ auſteritas, ac mirificum precandi ſtudium.

PEractâ Montisferrati adminiſtratione, cum ex oppido Caſalis Ferdinandus deceſſiſſet, ſeſe unà cum familiâ totâ Caſtilionem recepit: ubi Aloyſius, quò magis per ætatem ſui corporis, veluti hoſtis domeſtici, robur augeri intelligeret, eò ardentiùs ad eius impetus comprimendos, animo erigebatur. Et primò quidem, ut ad contumaciam vires minueret, eam cibi frugalitatem, quam Mantuæ inchoatam, ut antea memoravimus, etiamnum proſequebatur, multiplici, duroque ieiunio cumulavit. Tria in unaquâque hebdomadâ ſibi ieiunia in- Rigida ieiunia. dixerat. Primum quartâ hebdomadæ luce, vel ſolo pane & aquâ victitans, vel iuxta communem Eccleſiæ ritum ſeruabat. Alterum die ſextâ, ut mortis Chriſti memoriam aliquo cruciatu vividiùs excitaret, non modò omni prorſus opſonio vacuum tolerabat, verùm etiam manè tria tãtummodo panis ſegmenta in aquã

Digitized by Google

merſa guſtabat, veſperi unico ad ignem modicè toſto, atque in aquam pariter intincto contentus. Sabbato tertium iungebat Deiparæ Virginis honoribus dicatum. Ad hæc alia quoque ieiunia ſeruabat, quæ vel Eccleſia ſtatis temporibus quotannis exigeret, vel privata religio ſuaderet. Accedit etiam, quod tam modico cibo quotidie ſeſe reficiebat, ut famem potius ſuſtentare, ac veluti tortorem alere videretur, quàm depellere. Quare domeſticorum nonnulli tam aſtricti victus cõſuetudinẽ demirati, ſtatuerunt appendere quidquid epularum uni ipſi apponeretur in menſâ, ut ex reſiduo pariter appenſo quantum deguſtaſſet, fieret palàm: quod cum complures peregiſſent, deprehenſum eſt (idque iureiurando ab iiſdem firmatum) id quod ille unico prandio, vel cenâ ſumeret, ne integram quidem unciam æquaſſe. Quâ ſeveritate utique diutiùs vitam exigere nequiviſſet, ſi Deus qui cæterorum vitam vulgaribus fovet edulijs, Aloyſium cæleſtibus delicijs, ſeque ipſo, qui vita eſt, ab omni eduliorum recremento purgata, minimè nutrijſſet.

Quod una menſa ſumit ad integrã unciam non pertingit.

Obſeruatum præterea non ſemel a domeſticis fuit, avidiùs in eos cibos eum ferri ſolitum, qui omnium contemptiſsimi eſſent, itaut vilitas pretium faceret frugalitatem æſtimanti, & in-

inſuavitas acerba appetenti irritamentum. Vltimis tamen annis, quibus ſeſe in paternâ domo continuit, eò ſeveritatis proceſſerat, ut ſingulis diebus nonniſi exacto ad trutinam cibo veſceretur, quò id tantummodo caperet, unde corpus nutriri poſſet, non inſoleſcere. In deterio res cibos avidius fertur: eoſq; ad trutinã exigit.

Tam ſeveram in victu continentiam alij ſpõte ſuſcepti corporis cruciatus comitabantur. Singulis hebdomadis, cum minimum, trinâ in ſeſe verberatione animaduertebat: mox cæpit ſemel quotidie: ac deinde intrà diei noctiſque ſpatium flagello ter repetito ſeſe, uſquedum cruentaret, acerrimè pulſabat. Principio quidem, quia parata in huiuſmodi uſus flagella necdum aderant, loris, quibus canes vinciri ſolent, aut quolibet fune, qui fortè quæritanti occurrerat, utebatur: eaque a famulis, dum lectum ſternerent, ſub ceruicali abdita deprehenſa ſunt: nec deſunt, qui dicant, eum ad hanc rem etiam ferreas catenas adhibuiſſe. Illud certis authoribus accepimus, ſæpè eius induſia parentibus exhibita fuiſſe cruore flagris expreſſo largè perfuſa: quamobrẽ Pater in Aloyſium frequenter inuehi ſolitus, uxorẽ aliquando triſti voce compellans; Verendum, inquit, haud mediocriter eſt, ne puer hic tandem proprijs ſibi manibus mortem conſciſcat. Sæpè Aſpera & freqnẽs ſui corporis verberatio.

Aſſerum fragmẽtis lectũ aſperat, & calcaria pro Cilicijs adhibet.

etiam aſſerum fragmentis ſub lintea iniectis le-ctulum aſperabat, ut ne dormire quidem ad naturæ deſiderium impunè liceret. Interdiu verò, quia cilicio rigidâque aculeis catenulâ carebat, calcaria ferreis, acutiſque radijs inſtructa nudo admota lateri ingenti cum dolore geſtabat.

Aſſiduitas in orando.

Cum eiuſmodi corporis cruciatibus iungebat Aloyſius ſummam in orandi ſtudio aſſiduitatẽ. Etenim ex ijs, qui ad eius cubiculi limen excubabant, non deſuere, qui iureiurando negaverint, ſe eius conclave unquam ingreſſos, quin ipſum orantem inuenerint, diuque ſibi expectandum fuerit, uſque dum modum precibus faceret: licèt re verâ nullus earum modus, ſed ſola unius in alterum orandi genus mutatio eſſet. Mos ei fuit, ſimul ac illuceſceret, ſtrato relicto primam lucis horam meditandis rebus cæleſtibus inſumere, eamque amoris potiùs mẽſurâ, quàm clepsydræ definire. Mox conſuetis pſalmis ceteriſque precibus recitandis operam dabat: quibus abſolutis auguſtiſſimo Divini Agni ſacrificio religiosè aderat, & crebrò etiam facienti libentiſſimè miniſtrabat. Interdum religioſis agminibus in odæo pſallentibus ſeſe interſerens, unà cum illis magnâ animi ſui voluptate pſalmos canebat. Quidquid deinde diei ſupererat, ſacris codicibus evoluendis, eorum-

que

que ſententijs mente ſedulò pertractandis vacabat. Vbi verò nox inſtaret, antequam ſomno cederet, binas horas precibus elargiri ſolitus erat: quo tempore præſtolantes pro foribus famuli per ianuæ rimas ſæpè diſpiciebant, quid ſanctum Adoleſcentem, ne cubitum diſcederet, tamdiu moraretur: cumque illum ad orandum intentum deprehenderent; exemplum ſequuti etiam ipſi, genibus poſitis, priuſquã ſeſe quieti darent, Numen propitiare ſtudebant. Tanto autem animi ardore ſuas preces proſequebatur, ut perpetuis lacrymarum rivis ſolum irrigaret, atque ita penitus imbueret, ut eo recedente diu madidum perſeveraret: quemadmodum ex Proſpero Malavoltâ viro noſtræ ſocietatis accepimus, quem Ferdinandus parens, loco indicato ubi Aloyſius ſeſe abijciebat in preces, ſe eum locum ſæpius lacrymis perfuſum vidiſſe, docuit.

Binas horas ante ſomnum precibus tribuit.

Lacrymis abundè ſolũ irrigat.

Nec ſatis habuit dies integros uſque ad multam noctem precando extrahere; verùm etiã nocte intempeſtâ clam reliquis ſopore oppreſſis, ſolâ amictus ſubuculâ lectulo ſurgebat, nudaque genua nudo pavimento allidens, nec ulli fulcimento acclivis magnam noctis partem inſomnẽ cum Deo colloquendo ducebat: a quâ conſuetudine ne brumali quidem tempore, cùm om-

Nocte intempeſta ac frigidiſſima ad orandũ ſurgit.

Digitized by Google

nia nivibus, ut in Galliâ Ciſalpinâ, geluque horrerent, temperare placuit. Verùm uſque eò frigoris horrore id temporis concitabatur, ut ingens cunctorum membrorum tremor omnem cæleſtium rerum commentationem diſcuteret: quod cum ille vitioſæ mentis infirmitati tribueret; tamdiu eam in propoſito coercere inſtitit, utque ne aliò raperetur, inhibuit: donec mens abiectâ omni corporis curâ, nullum ex eius labore ſenſum perciperet, totaque in rerum divinarum cogitatione eſſet intenta. Quia tamen capite halitum omnem vitalem ſibi vindicante, reliqua membra deſtituta languebant, ſic ut genibus haud ultra poſſet inſiſtere, paulatim in terram prolapſus, perinde ac ſi corporis cura ad ſe minimè pertineret, in rigidâ humo ſeminudus cubans, inſtitutam meditationem proſequebatur. Eò autem membrorum languor, ac torpor aliquando progrediebatur, ut ita cubanti ne ad ſalivam quidem ex ore egerendam vires ſuppeditarent, prout ipſomet authore iam inter noſtros cooptato didicimus. Ita ſcilicet ſanctus adoleſcens, omni curâ a corpore ad mentem traductâ, totus erat in animi cultu, eiuſque magnitudinem vel ipsâ corporis ruinâ ac macerie fabricabatur.

Corpore ſeminudo, atq humi ſtrato meditationẽ proſequitur.

CA.

CAPVT IX.

Quos effectus tam aſſidua cum Deo familiaritas pepererit.

EX tantâ inter meditandum cō-tentione gravem Aloyſius capitis dolorem hauſit, qui deinde ætatis reſiduum mirificè exagitavit: Ei tamen non modò remedium aut levamen adhibuit nullum, verùm fovit irritavitque pro viribus, ut qui eò gratior accideret, quò acrioribus ſtimulis ſpineam Chriſti coronam propiùs referret. Et quia eiuſmodi dolor plerumque a gerendis rebus impedimento non erat, ſemper verò æterna bona promerendi ſeges, ac materia; propterea nihil eſſe arbitrabatur, cur a ſe amoliri contenderet. Quare & hoc in lucro deputabat, & inter fructus piæ commentationis recenſebat, Chriſti ſpinas ſæpius meditatas capiti tandem hæſiſſe. Contigit tamen aliquādo, ut, cum eo dolore vehementiùs afflictaretur, ſolito citiùs cubitum ire debuerit: At, ubi mentem ſubijt, ſeptem davidicos pſalmos nec dum ab ſe illo die recitatos, puerum qui

Ex nimià in orando attētione perpetuū capitis dolorem hauſit.

Sūma cura, ne preces vel æger omitteret.

cubi-

cubiculo aderat, accerſitum candelam afferre; eâque haud procul a lecto ſtatutâ abſcedere iuſſit: tum recitatis de more pſalmis, reſtinguendi luminis memoriam ſomnus præripuit. Cum verò eatenus candela exarſiſſet, quâ lectulo adhærebat, lectulum ipſum flamma corripuit: cumque paulatim latiùs ignis manaſſet, brevi culcitam ſtramineam unà cum alijs tribus laneis, ac veſte ſtragulâ aduſſit, nullâ tamen (quod mirum eſt) flammâ interim excitatâ: quo tempore ardoris vi percitus Aloyſius evigilavit, miratuſque inuſitatum calorem, capitis etiam dolorem auctum animaduertens, initio perſuaſum habuit, id a novâ febris acceſſione proficiſci: verùm cum cætera tactu explorata feruere ſentiret; unde tanta vis caloris exiſteret, aſſequi haudquaquam poterat. Tentat nihilominus iterum ſomnum capere: ſed cum æſtus increbreſceret, ac fumus ita iam omnia compleſſet, ut ſpiritu penè intercluſo animam ducere vix poſſet; celeri ſaltu ſe lecto proripiens reſeratis foribus famulum exclamat. Vix autem è cubili deſilierat, cum ignis, qui hactenus eius quodammodo reverentiâ ſeſe continuiſſe videbatur, flammâ in altum explicatâ, lecti reſiduum perquam celerrimè inuaſit. Ne verò domus omnis eo incendio conflagraret,

accer-

accerſitæ arcis cuſtodiæ totum lectum audacter comprehenſum in ſubiectam foſſam e proximâ feneſtrâ præcipitem dedere. Ea res portenti ſimilis, & ſupra naturæ ordinem viſa, eveſtigio vulgi ſermonibus diſsipari cæpta eſt, cunctique, causâ incendij acceptâ, tantam Divini cultus in Aloyſio curam, pari Numinis erga Aloyſium curâ rependi arbitrati ſunt. Rem deinde totam aliquo poſt tempore Eleonora Auſtriaca Mantuæ Dux, cuius aures ea fama peruaſerat, ab ipſomet Aloyſio coram doceri voluit: ægrè licèt is morem geſſerit, ut qui ſuſpicaretur, ſimul cum incendio eius occaſionem euulgatam, quam uni Deo compertam exoptabat.

Mutua ſuperum de Aloyſio cura.

Porrò tam ſingularem erga ſe Divini Numinis benevolentiam expertus, ita ſpes omnes in unius Dei Providentiâ ſitas habebat, ut quidquid unquam eveniret æquo animo tanquam ex amantiſsimi Parentis manibus exciperet. Nihil propterea rei unquam aggrediebatur, quod preces non anteverterent, unum illud perpetuò rogans, quidquid optimum foret, id uti contingeret: ſiquidem probè intelligens nobis quò quæque res ſit euaſura, eſſe penitus incompertum; Divinæ voluntati (cuius unius ſit futura præſentibus decernendis conſulere) ſua omnia

Nihil aggreditur, quod preces nō anteverterant.

nia committere, eiuſque Vigilantiæ propè indormire ſtatuit. Nec eiuſmodi ſpem Divina Beneficentia unquam abire irritam tulit: quandoquidem de ſe ipſe faſſus eſt aliquando (quod quidem perrarò auditum) nunquam pro re quâpiam ſeſe Numen oraſſe, quin tandem votis fatigatum exoraverit: nullumque ei negotium quantumuis perplexum, atque impeditum precibus commendaſſe, quod non ex ſententiâ præter omnium expectationem confecerit.

Nihil a Deo petit, quod non impetret.

Præterea ex tam familiari cum Deo ac Superis conſuetudine incredibilem quandam animi inferiora hæc deſpicientis ſublimitatem cōparaverat. Quare cum Principum virorum ædes ingreſſus inſtrumentum omne ac ſupellectilem gloriæ, atque oſtentationi compoſitam, menſas inſuper aureis argenteiſque vaſis, atque omni eduliorum genere onuſtas cerneret; non ſine aliquo ſtomacho ſubridens mirabatur, eò redactam eſſe hominum gloriam, ut qui ad æternas coronas hæreditario iure vocarentur, de veſte ſericâ ex vermiculorum fibris contextâ, vel de luto in auream argenteamue maſſam obdurato forent ſolliciti. Miſeram ſimul abiectamque rebatur homuncionum conditionem, quibus vermiculus gloriam evomat, cadavera paſtum exhibeant, apiculæ cupedias ac deli-

Quæ ſumma hominibus sūt deridet ac ſtomachatur.

delicias ex aluo promant. Sæpius Matrem, cui intima ſui pectoris nudare arcana conſueverat, ſeriò rogavit, quam ob rem omnes homines religioſæ vitæ inſtituta minimè ſectarentur? Eius rei admiratione ſeſe plane defigi, aiebat, cum certum exploratumque eſſet, non futuræ modo vitæ plurima inde emolumenta exiſtere, ſed etiam præſenti non modica. Contra verò profanæ vitæ commoda, & exigua eſſe, & incerta, & fluxa, & ſpinis undique obſita, & vitæ ipſi cui ſuſtentandæ parantur, ſæpeſæpius exitialia. Ad quæ Mater, tametſi quò ſpectarent haud inſcia, verbum ſubiecit nullum. Extat apud Virgilium Cæparium accuratum vitæ eius ſcriptorem præclarum quoddam teſtimonium ex publicis tabulis depromptum Claudij Fini Mutinenſis e Dominicanâ familiâ celebris eâ ætate in Galliâ Citeriore Oratoris ac Theologi: ubi præter cætera SS. Adoleſcentis decora, quæ iuratus confirmat, illud in rem noſtrã refert, nunquam ſe in eius colloquium veniſſe (venerat autem ſæpius) quin eius ſanctimoniâ, mirâ orationis ſuavitate conditâ, ad ſanctioris vitæ propoſitum vehementer illectus diſceſſerit. Plurimus autem, dum loqueretur, in eo erat, ut rerum humanarum dignitatem, & gloriam elevaret, illorumque qui eâ contem-

Claudij Fini Dominicani teſtimoniũ.

ptâ

ptâ ad religioſa caſtra ſeceſſerint, felicitatem ſummis laudibus tolleret. Non eſt, inquit aliquando, cur generis claritas nos inſolentiùs efferat, & leviſsimam potentiam tam impotenter feramus: ſiquidem illud inter pauperis ac principis viri cineres intereſt, quòd hi deteriùs prę illis oleant, ut qui corporis ſaginâ plures creent, nutriantque vermes, præterea nihil. Si quando aliquem religioſæ militiæ recens adſcriptum accepiſſet; continuò hilareſcere, atque adeo inuſitatâ quâdam lætitiâ geſtire videbatur: cumque in eâ re tractandâ libentiùs immoraretur, illud interdum ſubijciebat: Bone Deus! Quantâ voluptate perfundi eos oportet, qui cæleſtibus gaudijs reipsâ fruuntur: cum nos de ijs loquentes ſola imago obſcuriſsimæ fidei umbris deſcripta tantâ voluptate perfundat? Illud etiam laudatus author adiungit, ſe unà cum illo quandoque in ædem ſacram veniſſe, ubi ſanctus adoleſcens ſtatim in genua ſubſidens ſummâ corporis demiſsione, ea demittentis ſeſe animi indicia exhibebat, ut cæteris ætate grandioribus exemplo eſſet ac pudori: mox intentis in obiectam imaginem oculis, vel in lamenta erumperet, vel ſilentio orans uſque eò mente raperetur, ut a ſe ipſe diſcedẽs nec confabulantes audiret, nec interpellantibus,

Diſcrimen inter pauperis, & principis cineres.

bus,

bus , niſi aliquo temporis ſpatio interiecto, reſponſa daret. Tam ingenti præterea in Deiparam Virginem amore tenebatur, ut cum de eâ ſermo incideret, ineffabili iucunditate animus repleretur.

Mentis raptus inter orandum.

Amor in Deiparam

CA-

Digitized by Google

CAPVT X.

Eius Vita in Aula Regis Hiſpaniarum acta.

ANno a Virginis Partu 1581. Cum Mariæ Auſtriacæ Caroli V Cæſaris filiæ & Maximiliani II Coniugi iter e Bohemiâ in Hiſpaniam eſſet, aliquot ex Italiæ Dynaſtis Hiſpaniarum Regi ſeu clientibus ſeu vectigalibus in eius ſeſe comitatum honoris gratiâ dedere. Quo in numero fuit etiam Ferdinandus Gonzaga Aloyſij parens, qui ſecum coniugem Martham unà cũ tribus liberis in Hiſpaniam duxit, Aloyſio videlicet, Rodulpho, atque Iſabellâ, quorum poſtrema in regio gynæceo paucis poſt annis ceſsit e vitâ. Quidquid illud fuit itineris, rerum cæleſtium contemplatione ſuſpenſus, ceteriſque eiuſmodi curis ſuo more occupatus cõfecit Aloyſius. Poſtquam autem mari ſeſe cõmiſerant, rumor quidam ſtatim increbuit, periculum inſtare, ne in Turcarum manus ea maria prædando obeuntium, venirent: quo audito; Vtinam, inquit, eâ ſorte potiri liceat, ut

A piratarũ periculo in ſpem martyrij erigitur.

Mar-

Martirij palmâ donemur. Cum ſemel navigiò egreſſus litus obambularet, fortè inter glaream lapillum deſpexit, quinis notis ita diſtinctum, ut Chriſti vulnerum ſpeciem viderentur exprimere: quem avidè prehenſum Matri exhibuit, caſuque ad conſilium flexo, vide, inquit, Mater quid mihi Numen oſtendat, portendatque: nunquid paterno adhuc imperio Chriſti vulneribus divinitus oblatis fraudabor? Hunc verò lapidem non modò ut veteris monumentum amoris, ſed ut futuri prænuntium, ac pignus ſedulò in poſterum cuſtodivit. Lapillum offendit Chriſti vulneribus inſignitum.

Vbi in Regiam Vrbem deventum, Ferdinandus impoſitas olim regij cubicularij partes peregit. Aloyſius verò honorarius ephebus ex ijs, quos Meninos vocant, unà cum Rodulpho fratre cooptatus, Iacobo Principi Philippi II filio natu maiori, ac Regni, niſi mors occupaſſet, heredi, miniſterium exhibuit. Biennium, eoque amplius in Hiſpaniâ commoratus Philoſophiæ, cum ab aulicis curis vacuus eſſet, operam navavit, eodemque tempore Dimam regium mathematicum ſphærica, ac geometrica exponentem audivit. Quos autem in Philoſophiâ progreſſus habuerit, argumento eſſe poſſit, quod cum fortè iter habenti Complutum divertere contigiſſet, ubi per id tempus Ga- Ephebus inter Meninos cooptatur. Philoſophiæ ac matheſi operã dat.

E briel

briel Vaſquez (cuius poſtmodum Romæ in diſciplinâ Theologicâ auditor fuit) Theologiam explicabat, eoque die publicæ diſputationi præerat: ad eas & ipſe inuitatus, rogatuſque ex tempore, ut aliquid argumenti proferret, tametſi quartumdecimum ætatis annum vix dum exceſſerat, tantâ acrimoniâ ac robore oſtendere inſtitit, Sacroſanctum Triados Myſteriũ ſolis naturæ viribus agnoſci poſſe, ut non vulgarem ingenij laudem, omniumque plauſum facilè promeruerit. Verùm quia partim litterariæ occupationes, partim aulica miniſteria tempus ferè omne ſtudijs ſalutaribus eripuerãt; nec iam orando, ſacriſque Exomologeſeos atque Euchariſtiæ myſterijs celebrandis otium ſuppeditabat; flagrans illa rerum æternarum cupiditas, atque igneus in Deum, ac Superos ardor, quaſi ſubducto pabulo, ſenſim elanguit. Quod cum haud obſcuro Numinis admonitu ſenſiſſet Aloyſius, ſopore quaſi diſcuſſo evigilans, ſtatuit apud ſe contemptis hominum rumuſculis, paſſerculorum terriculamentis, in mediâ Aulâ, Regiâque omnibus cæteroqui vitiorum illecebris affluente, vitam traducere quàm poſſet integerrimam. Eâ de cauſâ Ferdinandum Paternum ſiculum ex noſtrâ Societate id temporis ibi agitantem conſcientiæ ſuæ ar-

Publicè de rebus Theologicis diſputat.

Aula & literæ ſalutaria ſtudia remiſerant.

Langnore diſcuſſo priſtinum calorem reſumit.

arbitrum, animique moderatorem delegit: apud quem piâ confeſſione ſtatis temporibus mentis maculas eluere ſolebat, mox Euchariſticâ dape ſeſe reficere. Quanto verò animi candore vitam hanc aulicam, viamque cæteroqui lutulentam decurrerit, teſtimonio ſunt eiuſdem Ferdinandi Paterni omnium eius arcanorum penitus conſcij, litteræ, quas Virgilius Cæparius ad verbum recitat: ubi præter alia, illud ſingulare commemorat, tantâ eum innocentiâ, atque integritate vitam egiſſe, ut non modò lætiferâ animum labe nullâ eo tempore infecerit; verùm etiam non rarò culpâ omni vel maximè levi, cui expiandæ opus eſſet Sacerdotali abſolutione vacaverit. Neque verò id in naturæ tarditatem, aut ingenij hebetudinem conferre licet, cum eâ mentis perſpicacitate ac ſolertiâ iam tum vigeret, ut ſuâ ipſius ætate longè maior, ac ſenior omnium iudicio videretur.

Quanta innocentia aulam coluerit.

Foro ac publico, quoad licuit, ſemper caruit: verùm quia in aulâ verſanti ſatis exigua ſecedendi poteſtas erat, oculos perpetuò ita ad modeſtiam compoſitos habuit, ut a ſolo nunquam refigeret, atque eatenus diductos teneret, quatenus greſſuum regimini ſat eſſet. Quâ in re illud ſanè mirum ac nouum, quod Societa-

Plures annos quotidie ſalutat, numquam intuetur Mariam Auſtriacam.

tis noſtræ in Neapolitanâ Provinciâ Præſes ex Aloyſij confeſſione acceptum publicis litteris conſignavit : eum videlicet toto tempore, quo ex Italiâ in Hiſpaniam Mariam Auſtriacam, eſt proſequutus, ac deinde cum eâ in Hiſpaniâ eſt commoratus, quando nimirum nullus ferè dies abibat, quin eam ſalutatum cum Iacobo Principe adiret; eius tamen vultum nunquam ſpectaſſe: tametſi tunc cum Hiſpaniam peteret ei viſendæ omnis ferè Germania, Italia, atque Hiſpania ipſa in occurſum prodierit:uſque adeo ſupra omnem hominum multitudinem, evexerat ſeſe,& communes cupiditates exuerat.

Caſtilionis vias natu grandis ignorat.

Idem non ſemel cum inter noſtros moraretur, negavit ſe Caſtilionis vias, oppidi ceteroqui nō magni, ubi natus educatuſque fuerat, per ſe inuenire potuiſſe: ſemperque dum domo egrederetur duce viam monſtante vtebatur, quo mens aliâ omni cogitatione vacua, uni Deo etiam inter ambulandum vacaret.

Hoc ipſo tempore, quo reliqui pro Aulæ more politiorem in veſtitu elegantiam ſtudioſiùs ſectari ſolent, quò nimirum ſubditæ nobilitatis oſtentatione Dominis adulentur; Aloyſius obſoleto, attritoque amictu prodire atque etiam, aſſutis ad genua panni fruſtulis, ſarta geſtare tibialia (quod in Aulæ ſplendore hu-

Tritas veſtes ſartaſque in aula geſtare gaudet;

mil-

millimo cuique pudori eſſet) mirum in modum gaudebat. Iam veſtimenta nova ſponte ſuâ geſtabat nunquam: iuſſus verò a Parentibus ſumere; quò obedientiam cum Paupertate componeret; ubi ſemel aut iterum uſurpaſſet, deponebat, ſuoſque ſeſe revocabat ad pannos. Torques aureos, aliaque id generis ornamenta, quæ uſus illius Regiæ inuexerat, conſtanter repudiavit: quid verò alij de ſe ſentirent, iactarentue, modò Dei oculis probaretur, haud magnoperè laborabat. Id tamen non exigua aliquando fuit Aloyſij cum Patre diſcordiarum ſeges, ut qui filij modeſtiam in familiæ dedecus traheret: contra verò Aloyſius non generis claritatem, ſed obſcuritatem potiùs fumo induci exiſtimans, quidquid corrupta hominum iudicia magni penderent, tanquam humile, ac nullius pretij deſpicabatur, propriæque paruitatis confeſſionem rebatur, ea magna putare, quæ rerum omnium Opificis æſtimatione pro nihilo haberentur. Interea verò famulis, corporiſque ſtipatoribus eiuſmodi ornamenta minimè denegabat, ſed pro ſuo cuique arbitratu uſurpandi liberam faciebat poteſtatem. Verùm quia hominum exiſtimatio, non ſecus ac Iumentorum, haud pendet ex faleris; ea cultus negligentia æquis rerum æſtimatoribus animi

Omnia cultus ornamenta repudiat.

Famulis tamē permittit.

altiora petentis argumentum erat: quare apud Aulæ Proceres tantâ gravitatis, & probitatis opinione pollebat; ut, ſiquando improviſus adeſſet, ſive etiam dumtaxat eminus appareret, ilicò liberiores ſermones miſſos facerent, ſeſeque ad modeſtiam, & gravitatem reciperent: & quia quolibet verbo, quod impudicitiam, & ut vulgo dicunt, carnem, vel leviter oleret, ſupra modum offendebatur; in proverbium abierat, *Aloyſium Gonzagam carne cæterorum more nequaquam conſtare.*

Sola præſentia ceteros cōponit.

Carne, ut ceteri, nō conſtare dicitur.

Contigit hoc tempore, ut in eius manus libellus quidam veniret, quem Ludovicus Granatenſis ex perilluſtri Dominicanorum familiâ, de modo cæleſtia meditandi, ſanè doctum ac pium dudum ediderat. Eum cum percurreret, ſimul inculcari vidit ſedulam in orando mentis attentionem, in animum induxit, ſingulis diebus horam integram nullâ mentis evagatione turbatam piæ mediationi impendere. Itaque flexis genibus, nulloque fultus adminiculo ad orandum compoſitus ſic meditationem ſuā moderabatur, ut ſi elapsâ ſemihorâ, verbi causâ, vel tribus horæ quadrantibus mens aliò avolaret; continuò perinde, ac ſi nihil temporis effluxiſſet, iterum meditandi initium poneret: idque toties iteraret, quoties animus a propoſito

Sūma cura mentis in orando evagationes cavet.

ſitò digrederetur, donec tandem integram horam nullâ evagatione diſruptam tranſigeret. Quam ob rem sæpè illi uſuuenit, ut horas quatuor, vel quinque, eoque amplius continenter orando perſtaret: & ne interea importunus interpellator quiſquam adeſſet; in partem ædiũ inferiorem deſcendens inter ligna; ac ſarmenta flammis deſtinata ſeſe occulebat: cuius rei causâ a Parentibus interdum eſt aſperiùs obiurgatus; propterea quod diù, multùmque conquiſitus inclamatuſque nuſquam prodijſſet: quod tunc cum maxime præſtabant, quando amicos ipſum officij causâ adeuntes ſpe fruſtratos dimittere cogebantur. Is verò, penes quem omnis hominum amor, atque amicitia in Dei caritatem deflagraverat; nullam ſe iacturam paſſum arbitrabatur, dum ut Dei conſuetudine perfrueretur, officioſa amiculorũ mendacia repudiaſſet: Nec ſiquam erga mortales inurbanitatis notã incurreret, quidquã penſi habebat; modo erga Superos contẽpti officij dedecus declinaret: Tanta illum Numinis reverentiâ, rerumque humanarum incuria occupaverat. Hoc porrò divina meditandi ſtudium ſemper magis magiſque atque unà cum ætate adoleſcere videbatur: & pro illius modo divinæ quoque caritati maiora dies incrementa dabat: quæ divini

Sæpe quatuor aut quinque horas orando perſtat.

Humanæ, Divinæq. amicitiæ diſcrimen

amoris conditio eſt, conſideratione, atque intelligentiâ progigni: Cum contra cæcum hominum amorem ignorantia pariat intelligentia perimat. Hinc noſtræ cum Deo amicitiæ uincula, quò arctiora, eò firmiora ſunt: cum hominibus verò, hoc citiùs ea abrumpi perſæpe cernimus, quò arctiùs aſtricta fuerit: propinquitate ſcilicet, & coniunctione eas laudes in Deo labeſque in hominibus detegente, quæ oculos longiquos fefellerant.

CAPVT XI.

Societatem inire decernit.

POſt hæc Aloyſius anno ætatis quintodecimo iam expleto, tẽpus monere cenſuit, ut de univerſo vitæ poſterioris genere certum aliquod ac definitum conſilium capeſſeret, atque ex Religioſis Ordinibus, quorum alicui ſeſe in Italiâ indiſcriminatim addixerat, quem potiſſimum ſeligendum duceret, tandem decerneret. Itaque multa id temporis mente atque animo agitanti primò occurrit, hæſitque diu, ut erat ad ſeveritatem pronior, Patrum Franciſcanorum inſtitutum, ex ijs qui nudis pedibus ligneâ ſubnixis crepidâ incedunt: quod genus apud populum ſanctitatis æſtimationem nonniſi a vitæ auſteritate inire ſolitum, ſummo in Hiſpaniâ loco eſt: ſcilicet tam ingentem rerum fluxarum contemptum, quem in eo Ordine ſpectabat, nonniſi magnâ aliquâ immortalium bonorum ſpe lactari ac ſuſtentari poſſe arbitrabatur. Verùm afflictæ iam dudum valetudini eam aſperitatis acceſſionem exitialem providens, aliò

Quem ex ordinibus religioſis opter, examinat.

Ad Franciſcanos diù proclivis.

men-

Mox ad laxiora inſtituta, ut ea reſtitueret.

mentem deflexit. Mox alia ſubijt cogitatio; quæ illum diù multùmque ſuſpenſum habuit; num ſatius eſſet, religioſum aliquem cætum inire, ubi lapſa iam pridem diſciplina ad veterum inſtituta, magno rei Chriſtianæ emolumento, verbo ſuo, atque exemplo revocaretur. Sed eiuſmodi ambiguitatem obiectus deinde timor diſcuſſit: ne videlicet, dum iacentes inueteratæ conſuetudinis vi firmiores erigere conatur, ipſe, cui virtus tum primùm cum ætate pubeſceret, pertraheretur ad caſum: quare multò præſtare cenſuit, eum ordinem complecti, qui morum correctionem daret, nō peteret. Eiuſmodi cum permulti in orbe florerent, minimè probabantur, qui omiſſo contemplandi ſtudio totos ſe, ſuamque virtutem ad alienas utilitates porrigerent, funderentque: qui verò ætatem omnem contemplando exigerent, quamquam non improbabat, non omnes tamen perfectæ vitæ, ac ſanctitatis numeros implere arbitrabatur. Etenim ſiqua agendi, dicendique facultas cuipiam eſſet ingenita, quam in animorum ſalutem poſſet inſumere; non bene cùm illo actum putabat, ſi eam otio ac ſilentio perimere, humareque quodammodo in ſolitudine cogeretur. Inſuper ab Angelico Doctore didicerat, religioſas inter fami-

Vitam nec omnino actuoſã, nec õnino ſolitariam probat.

lias

lias eam principem obtinere locum, quæ vitam ex rerum actu & contemplatione miſtam exerceat, ut quæ ad abſolutiſſimam quam Chriſtus, prima omnis ſanctimoniæ regula, in terris egit, proximè accedat: Id enim vivendi genus ſapientiſſimus Æterni Numinis filius; poſtquam inter nos agere decreviſſet, potiſſimùm eligendum duxit: Siquidem nec perpetuò ſolitarius deſerta incoluit, nec ſemper cum turbis fuit, ſed ſolitudinis-ſilentium identidem familiari hominum conſuetudine temperavit: idque eo cōſilio, ut nobis documento eſſet, hominem non ſibi, ſed reipublicæ natum illi ſeſe furto ſubducere minimè debere, niſi fortè agreſtes ferique mores ſeceſſionem probent, tacitamque ab republica veniam impetrent: tantum verò ſolitudinis cuique adhibendum, quantum ſit opus, ut ſeſe publico paret, concipiatque mox in lucem fundenda.

Sed miſtā; quā Chriſtus coluit.

Quam ob rem complures eiuſmodi familias, quæ agendo vicisſim, & contemplando vitam traducunt, mente percurrens, ſingulas ſingulis conferre cæpit, ſecumque diligenter expendere, quâ ope conſilioque unaquæque ad propoſitum eniteretur. Poſt diuturnam verò accuratamque eâ de re habitam deliberationem, Deo Superiſque prece ſæpè conſultis, tandem Socie-

tati

Societatē decernit ob quinque potiſſimum caufas,

tati Ieſu animum adiecit. Cauſas, quæ ſe ad id conſilij capiendum induxerant, quinque potiſsimùm, cum inter noſtros verſaretur recenſere ſolitus erat. Prima, quòd Societatis Ieſu leges moreſque adhuc in primâ ætate incorrupti florerent. Altera, quòd in eâ voto ſuſcepto, quaſi foribus ferreo vecte præcluſis, omnes dignitatis gradus, atque unà cum ijs aſsidua comes ambitio bonorum omnium tabes ac peſtis excluderentur. Verebatur ſcilicet, ne, ſi quod aliud inſtitutum ſibi popoſciſſet; inde brevi parentum vel amicorum ſtudijs ad honores quos declinaverat, revocaretur. Tertia, quod mirum in modum eâ noſtrorum lege & conſuetudine gauderet, quâ tenera ductiliſque puerorum ætas litteris tanquam eſcâ divini metus hamo præfixâ, ad pietatem & caſtimoniam traheretur: nihil enim ad perditos Chriſtianæ Reipublicæ mores veteri dignitati reſtituendos æquè appoſitum arbitrabatur. Quarta, quod Societas noſtra univerſas gentes, quæ a rectâ ſalutis viâ miſerè aberrant, toto orbe conquiſitas, in Euangelicæ virtutis ſemitam reducere omni ope ac viribus ſtudeat. Spes enim illi erat, fore aliquando, ut ſibi quoque id ſorte obueniret, ut collatâ cum Chriſto operâ ſanguinem, vitamque pro aliorum ſalute profunderet.

Quin-

Quinta denique cauſa ordine quidem poſtrema, ſed efficacitate prima ac potiſsima ea fuit, quòd eiuſmodi inſtitutum Deo authore ſibi perſuaſum haud dubiè crederet: nam cum ex quatuor præmemoratis rationibus plurimùm ſe ad Societatem impelli ſentiret; ne quid errati in re tanti momenti admitteret, cuius correctio ſera eſſet; id egit, ut Æterni Numinis voluntatem quàmclariſsimè poſſet perſpectam exploratamque haberet. Quapropter inſtante die, quo anniverſaria Aſſumptæ Virginis gratulatio celebratur, ſtatuit apud ſe rem de cælo precibus quærere: ac maturè, ubi is dies illuxit, ſummâque diligentiâ paratus in templum veniens, ſacro primùm ſeſe Euchariſtiæ pabulo recreavit: tum mente ac linguâ Chriſti ſanguine communitâ tamdiu, quod in pectore Numen geſtabat (obiectis etiam Parentis Virginis meritis) urgere inſtitit, ut ſibi Divinam in eâ re voluntatem patefaceret, donec inteſtinam vocem ſibi audire viſus eſt, quâ non obſcurè moneretur, Deo pergratum fore, ſi ad filij ſui ſeſe Societatem adiungeret: idque quamprimū ſui animi moderatori aperiret: quæ vox uſque adeo clara atque explicata animo intonuit, nullùs ut ambiguitati locus reliquus fieret.

Die Virgini Sacro ad Soc: ſe uocari clariſſime cognoſcit.

Hoc divinitus accepto reſponſo domum properat

perat ſpei ac lætitiæ plenus, nullâque interpoſitâ morâ accerſitum animi ſui moderatorem, deque totâ re ordine edoctum etiam atque etiã rogat, uti cum Societatis Noſtræ Præſide, qui tum in eâ Provinciâ cum imperio erat, ſedulò agat, ut ſe in Societatem quamprimum aſciſcat. Moderator diligenter expenſâ huius cõſilij maturitate, omniſque deliberationis initio, progreſſu, atque exitu, conſilium quidem non improbavit, quin ad illud capiendum nonniſi inſtinctu, afflatuque divino mentem concitatam videri, ait: Verùm id opere compleri inuitis Parentibus haudquaquam poſſe, cum, ijs renuentibus, moris non ſit in Societate, quenquam in familiæ nomen aſſumere: ſuarum id partium eſſe, quid mente agitet, Patri ſignificare: tum viam omnem ac rationem inire, quâ Patris voluntas ad veniam dandam expugnari queat; cetera ut procederent, ſibi cordi futurum. Ille, quo erat mentis ardore in omne Numinis obſequium prono, cõtinuò Matrem adit, eique rem totam ſincerè aperit, exceptuſque ab eâ eſt ſummâ geſtientis præ lætitiâ animi ſignificatione. Dudum enim, ut alibi memoravimus, filium quempiam Deo in religioſâ aliquâ familiâ dicatum optabat: quare laudatâ Aloyſij mente, eodemque a ſe dimiſſo,

Inuitis parẽtibus nemo in Soc: admitti ſolet.

Matri propoſitũ aperit, eaque gratulatur

Deo

Deo filium libentiſsimo animo obtulit, quin & gratias egit, propterea quod eo ſeſe dignaretur honore, uti e ſuis liberis ſeruos allegeret. Mox prima Ferdinandum coniugem eâ de re certiorem reddit, eumque novitate rei perculſum, ac ſubitâ iracundiâ tumidum lenire ſtudet: nec poſtea unquam omiſit, filium, quâcumque re potuit, ivvare, quò propoſitum ad exitum perduceret. Quamobrem Ferdinandum, animaduerſâ eâ uxoris in Aloyſio ad Religioſos cætus promovendo cupiditate, nonnulla ſuſpicio inceſsit, eam privato aliquo erga Rodulphum ſtudio teneri, & quò hic paternæ ditionis hereditatem cerneret, illum domo amandari velle. Vſque adeo mentes ſui corporis finibus contentæ nihil niſi terram ſuam norunt, amantque, & quidquid extraneum fuerit, iiſdem barbarum ſonat: Proinde Cælum ipſum alteri procuraſſe, odium creditur in exilium agere meditantis.

CAPVT XII.

Animum ſuum Ferdinando Parenti aperit.

Idē propoſitū aperit Patri, qui id ægrè audit.

HAud ita multo poſt tempore, Aloyſius, cui nihil longius, quàm ut voto potiretur, per ſe ipſe Ferdinandum parentem adit, eumque intrepidâ pariter ac modeſtâ oratione docet, ſibi certum eſſe, atque animo obfirmatum, reliquum ætatis tempus Numinis obſequio inter clauſtra religioſa mancipare. Proinde uti propoſitum perſequi liceat, veniam enixè petere. Quem ita loquutum toruè reſpectans Pater aſperis primò verbis increpuit: mox comminatus ſeſe eum nudatum verberibus fœdum in modum accepturum, ſi talia iterum promat, abire iuſsit. Ad hæc interritus Aloyſius: Nihil malo, inquit: Ad omnia ſat paratum vides: lucro apponam quidquid Chriſti causâ ferendum venerit: eritque pergratum eius cruci meâ causâ ſuſceptæ humerum ſupponere, & pro me laboranti aliquod levamentum præſtare. Quo reſponſo hebetatis paternis minis ſecurus abijt.

Pater

Digitized by Google

Pater gravi ex eâ re dolore correptus, dies cõplures anxius, noctesque æſtuans, ac vigil extraxit: Ratus deinde nonnihil egeſtâ bile ſtomacoque expurgato dolorem levatum iri; famulo allegato, illum adeſſe iubet, cui Puer ſacrâ Confeſſione conſcientiæ latebras aperuerat, atque in eum, tanquam in eius conſilij authorem, quidquid inde hauſerat bilis, ſatis abundanter regeſſit: graviter ſcilicet expoſtulans primum familiæ ſuæ columen eius artibus ſubduci, totamque domum illi incumbentem everti. Iam ſibi, morbis urgentibus, properatam inſtare ſenectutem: curas cum familiâ augeri, vires imminui: rem privatam ac publicam labare in dies, atque extrema comminari: quale proinde inhumanitatis portentum: Natum Parenti, cum proximè futurum ſperet, ut eius robore revaleſcat malis artibus ſubripere? Cui Myſtes ſerenatâ fronte haud ita pridem huius rei conſcium ſeſe ab Aloyſio factum reſpondit, quemadmodum ex eo cognoſcere promptum eſſet: Cæterùm credibile admodum eſſe, ipſum illud Numen, quod ab ineunte ætate tantum virtutis, atque innocentiæ Puero ſuggeſſerat, hãc illi per ſe, nulloque adhibito interprete, mentem inieciſſe, ut eò ſeſe reciperet, ubi virtus omnis ac ſanctitas tanquam in proprio ſolo vigeret

Digitized by Google

geret, ſeruarique diutiùs poſſet. Hoc audito reſponſo, primus ille iracundi hominis feruor deſedit, deſpumavitque: Inde ad Aloyſium, qui aderat, verſus, minus erratum iri, inquit, ſi alia quæpiam ab eo religioſa familia ſeligeretur: Ita enim locum non defore præfecturis ac titulis obtinendis, quibus familiæ decor augeatur. In Societate verò, omni aditu honoribus intercluſo, nihil niſi dedecus ſupereſſe. Atqui id unum ſibi in Societate gratiſſimum fore, ait Adoleſcens, quòd Chriſti Crucem atque opprobrium ſe certò reperturum ſperaret: Si honores quæritare mens eſſet extremæ dementiæ duceret, certis, quos obtineret, abiectis, incertos ſequi, dubiâ ſpe, haud dubio pretio coemptâ.

Aditus honoribus interclusus potiſſimũ in Societ. placet.

Hæc ubi dixit, veniâ datâ, in ſua quiſque digreditur. Interea Patri eâ de re diu noctuque meditanti ſuſpicio fuit, Aloyſium hanc fallaciam & ſalubre mendacium (quemadmodum ipſe interpretabatur, ſuo, uti ſit, alterum palmo dimenſus) ſtudio compoſuiſſe, quò eum ab aleâ, cui plus nimio indulgebat, abſtraheret. Aliquot enim ante diebus nonnulla aureorum millia luſu profuderat: quin eo ipſo die, quo hæc acta ſunt, alia ſexmillia eodem pacto dilapidaverat. Quæ ludendi libido in

Patre

Patre deprehenſa lacrymas Aloyſio non ſemel excuſſerat : ſcilicet miſeranti, non modò om nium liberorum, ac poſteritatis commoda momento quaſi per iocum prodigi ; verùm etiam æterna, atque immortalia bona luſionis ſpecie ſeriò peſſundari, ac veluti ridendo perennes lacrymas comparari. Quare dum Ferdinandus maximè luſu diſtentus rei domeſticæ diſſipandæ operam dabat, Aloyſius in occulto abditus, placando aduerſus Parentem Numini ſollicitè ſtudebat : quæ filij ſollicitudo Parenti minimè ignota memoratæ ſuſpicioni viã aperuit. Verùm apud Ferdinandum alioſque cõplures rei conſcios Aloyſij conſilium, ut ſimulatio crederetur, ſummis tamen laudibus prudentiæ nomine prædicabatur : qui planè eorũ hominum mos eſt, quibus cum vera prudentia deſit, ſimulatio, atque aſtutia eius locum, ac titulos vindicat. At cum Puer magis, magiſque in ſingulos dies Parentem urgeret, ut poteſtatem, Deum vocantem ſectandi, permitteret : ſimulque & recenti, & antiquo vivendi more ad religioſæ vitæ leges compoſito fidem dictis conciliaret, in Parentis animum tandem induxit, ſe non ſimulatè, ut eum a ludo abduceret, ſed ex animo, ut ſe ipſe a dubiâ ſatis, ac periculoſâ ſalutis aleâ avocaret, ſeverioris

Aloyſ. pro Parente aleatore ſollicitus.

Digitized by Google

diſciplinæ ſuſcipiendæ veniam poſcere. Eam porro mentem illi Divino afflatu inditam eſſe, cum eædem cauſæ, tum Franciſci Gonzagæ Franciſcani Ordinis, quem de Obſeruantiâ dicunt ſummi Præſidis authoritas abundè confirmarunt. Is enim cum per ea tempora ſui Ordinis Monaſteria luſtrando peragraret; poſtquã iuſſu Parentis, quocum veteris neceſſitudinis & cognationis vinculis coniunctus erat, Aloyſiũ varijs quæſtionibus binas horas defatigaſſet, penituſque ſenſus omnes atque animum eſſet rimatus; tandem pronunciavit, haud poſſe niſi temerè ambigi, quin ea adoleſcenti mens fuerit Divinitus iniecta. Quæ res tametſi Ferdinãdi oculos non obſcuritate falleret, ſed offenſione auerteret; utcumque latens a ſuceptâ illum ſententiâ dimovere non valuit. Quare verborum lenocinijs, blanditijſque a propoſito Puerum deflectere, vel moras trahere conabatur.

Frãciſcus Gõzaga Aloyſij conſiliũ Patri cõmendat

Id verò præſentiens Aloyſius, moræ omnis, atque expectationis impatiens, quos expedire nexus minùs valebat, abrumpere conſilium cepit. Optime enim noverat tarditatis diſpẽdia, atque id ſemper vſu venire, ut quæ tempus acerba maturet, poſtmodum maturata corrumpat. Quare opportunè per eos dies ſublato

Aloyſius moræ impatiens nexus abrũpere cogitat.

to è vivis Iacobo Principe, cuius in miniſterio erat, quaſi ſuo munere perfunctus, venit in Societatis noſtræ Collegium unà cum Rodulpho fratre, aliiſque familiaribus compluribus: cum verò poſt aliquod interuallum abeundi tempus inſtaret, cunctis, qui ſecum aderant, valere, domumque regredi iuſſis, apertè denunciat, deliberatum ſibi & conſtitutum eſſe, inde nuſquam veſtigium movere: Patri id disertè renuncient: ſtatuat ipſe, quid de ſe poſt hac decernendum putet: ibi ſe reſponſa præſtolaturum. Illi cum ſeriò ac ſatis obfirmato animo agere conſpicati, domum repetunt, remque totam Patri declarant: qui cum eo tempore podagræ doloribus æſtuaret, mirū quantum ſubitâ hâc novitate perculſus exarſerit: verùm irâ compreſsâ, Saluſtium Petrocenium (quem forenſibus cauſis audiendis ſui vicarium præfecerat) accerſitum ad ſe Aloyſium mittit. Is verò Puerum alloquutus, eumque recenti adhuc in propoſito hærerentem videns, re infectâ revertitur, dominoque renunciat, Puerum in ſententiâ conſtare, rogareque etiam atque etiam, ut ne tantum ſibi utilitatis pariter ac voluptatis Pater inuideat. Ad id vitæ inſtitutum haud dubiè a Deo vocari: vocanti autem Numini aures occludere præſertim

Domū regredi è noſtro collegio recuſat.

F 3 revo-

revocantis hominis inſtinctu, grande nefas, ac ſcelus eſſe: quod verò aliquando tandem faciendum ſit, non eſſe cur id in præſenti non fiat. Hoc accepto reſponſo veritus Ferdinandus, ne, ſi ea res in vulgus manaret, Aulæ fabulis undecumque riſum captantibus cederet; iterum Petrocenium allegat; utque redeat, pro imperio iubet, urgetque modis omnibus. Ille ne conſtantia apud imperitos contumaciam oleret, morem geſſit, rediitque;

Domũ revertitur, ne contumax videatur.

Ferdinandus paucis poſt diebus, ſermone habito cum Franciſco Gonzaga, quem antea memoravimus, de Aloyſij deliberatione; per eius fidem, veteriſque amicitię ac propinquitatis iura illum oravit, ut quando compertum ſatis atque exploratum haberet, quantum detrimenti ex huius filij iacturâ ſuæ familiæ eſſet obuenturum, eum a conſilio religioſa inſtituta ſectandi avocaret: propoſitoque quàm ingens in patrio ſolo divinę, ſuæque pariter glorię amplificandę locus eſſet, ſi eâ pietate ac prudentiâ, quâ ſe ipſe moderabatur, ſubiectos populos regeret; author illi eſſet, uti ſtationem ſuam, & communem reipublicæ ſalutem minimè deſereret. Ad hæc Franciſcus, quâ erat

Fr. Gonzagæ Chriſtiana libertas.

libertate, atque authoritate; nec religioſum, nec Chriſtianum hominem decere, ait, cete-

ros

ros à religioſæ vitæ inſtitutis, ubi Chriſtiana virtus maximè coleretur, avertere. Ignoſceret proinde, ſi hac unâ in re ei obſequi nequaquam poſſet; in reliquis omnibus eius imperia, atque adeo nutus obſeruare paratus. Inſtat Ferdinandus, ut eò ſaltem perduceret, ne in Hiſpaniâ religioſam vitam inire vellet, ſed ſecum in Italiam remigraret ibi ſua vota perſoluturus. Neque id a ſe exorari permiſit vir prudentiſſimus, timens teneræ ætati ingenij facilitatem, paternaſque minas in patriâ ſede, veluti de regiâ ac ſolio, potentiores: apertè tamen non abnuit: verùm a ferdinando ad Aloyſium digreſſus diſputationem cum Patre habitam ex ordine exponit: ſubijcitque, religioni ſibi eſſe, id eum hortari, uti in patriam redeat: ſe ipſe; ſuamque conſtantiam conſulat. Videat num iſthæc dilatio ablationem moliatur, eique (ut ſæpè fit) veluti rudimentum ponat: ſibi quoque adoleſcenti conſimile aliquid in eadem regiâ Hiſpanicâ olim contigiſſe: parem a ſuis religioſum inſtitutum meditanti, oblatam conditionem; verùm propriæ timidum imbecillitatis conſtanter repudiaſſe, atque ibidem D. Franciſci Cænobio, nullâ parentum habitâ ratione, nomen dare maluiſſe. Parentes colendos quidem a liberis, ut qui Numinis locum Parentes quatenus colendi.

ac perſonam teneant, quique filijs vitæ huius uſuram tradant: at ſi qui ſint qui Numinis voluntati reluctantes traditam vitam in omne æuum eripere ſtudeant, e munere & gradu delapſos ad hoſtes defeciſſe credendos, prout Evangelicum habet eloquium: *inimici hominis domeſtici eius*. Hæc cum dixiſſet ſenex, gratias illi egit optimus Adoleſcens, ſemperque ſeſe habiturum dixit, propterea quod ſuæ ſalutis amore percitus ad veritatem, non ad voluntatem eſſet loquutus: verùm haud alienum ſibi videri, eâ in re Parentis voluntati, quouſque Divinæ minùs apertè obſiſtat, obſecundare: iam cuncta, quæ evenire queant, longè ſibi animo proviſa: conſtantiam paternis ictibus retundendis, vel dexteritatem eludendis parem, Deo benè ivvante, ſperare non defuturam: ei quem Numinis metus, unde omnis Chriſtiana fortitudo, penitus inuaſit, nihil ſupereſſe metuendum: in omnia vitæ diſcrimina præceps libenſque ruet, cuius terga Numen iratum preſſit. Dato in hanc ſententiam reſponſo, mutuò ab ſe diſceſſerunt: reque Ferdinando Principi a Franciſco delatâ, controverſia Parentem inter ac filium in præſens dirempta eſt.

Chriſtiana fortitu do Divino metu cōſtat.

CA-

CAPVT XIII.

Italiam repetit, cunctoſque Italiæ Dynaſtas neceſſitudine coniunctos ſalutatum adit.

Voluebatur ānus a Virginis partu MDLXXXIV, cum Ferdinandus Gonzaga, ita domeſticis eiūs rationibus poſtulantibus, Italiam repetere coactus eſt. Quare, petitâ a Catholicis Regibus, factâque abeundi copiâ, ad iter unà cum coniuge, ac liberis aggreditur. Viæ comitem ſeſe addidit Franciſcus Gonzaga ſummus Franciſcani Ordinis Præſes, qui ſui muneris officium exequutus, nactuſque occaſionem Io: Andreæ de Auriâ Hiſpanicæ Claſſis Præfecti, Italiam versùs primo quoque tempore ſoluturi, eòdem remeare unà cum Ferdinando, ac liberis eâ claſſe deportandis ſtatuit. Incredibile memoratu eſt, quantâ ſit Aloyſius voluptate perfuſus, cum intellexit tanti viri, longo illo itinere, ſeſe iucundiſſimam conſuetudinem habiturum: erat enim optimus ille ſenex ad Aloyſij ingenium mirificè comparatus, ut

Fr. Gonzagæ Sanctitas, qui moribus eam vitæ ſanctimoniam exprimeret, quam S. Adoleſcens voto ſibi fingere conſueverat: eandemque virtutem tum maximè Franciſcus explicuit, cum Mantuanæ Eccleſiæ præfectus tam præclara pietatis exempla edidit, ut bonorum omnium iudicio cum magnis veterum Epiſcoporum nominibus conferendus cenſeretur.

Aloyſij cũ Fr. Salutaria colloquia. Ergo unà omnibus iter ingreſſis, Aloyſius ità aſſiduus cum Franciſco Præſide erat, eiuſque familiaritate oblectabatur, ut diurnas horas a reliquis occupationibus vacuas cum eo colloquendo falleret: quâ ex re, plurima navigationis incommoda ac maris pericula, dum mente aliò intentâ declinat, nulla ei propemodum viſa ſunt. Sermonis inter illos initium varium erat, exitus unum duntaxat Numen, quod unicè uterque ſpectabant, etiam cum aliò digrederentur.

Eodem anno ſecundâ navigatione ad oras Italicas appulſi, portum feliciter tenuere: nec diù diſtulit Aloyſius Parentem datæ in Hiſpaniâ fidei commonere: at ille novas ſemper moræ cauſas commentus, ut rem quàm longiſsimè protraheret, negavit ſe antea miſsionem datùrum, quam cunctos Italiæ Dynaſtas neceſſitudine iunctos ab ſe ſalutatum proficiſceretur.

Id

Id omnino ſeſe omittere non poſſe, ne deſerti officij reus in magnorum Principum offenſionē incurreret: verùm eâ ſpecie conſilium tegebat avocandi a propoſito adoleſcentis. Spes enim illi erat; Aloyſium liberalium hoſpitiorum illecebris irretitum, vitam illam, quam veluti ſeruam in domo paterna faſtidiret, eâ libertate donatam, delicijſque omnibus affluentem, cupidiùs amplexurum; nec facilè deinde ad religioſa clauſtra, tanquam ad perpetuum carcerem damnaturum. Quidquid id foret, paruit Adoleſcens, adiunctoque Rodulpho ſibi comite, magnâ ſeruorum copiâ ſtipatus univerſos Italiæ Principes, quibus cum Patre neceſsitudo erat, officiosè ſalutatum adijt. Dedit autem in hoc itinere, quàm levis apud eum ponderis eſſet aura popularis, & quàm exiguam fortunæ mendacijs fidem adhiberet, plurima, eademque maxima documenta.

Pater Aloyſiū libertatis illecebra a propoſito avertere ſtudet.

Quo in genere illud primùm ad memoriam inſigne; quod cum Rodulphus nitidâ ac pretioſâ veſte amictus incederet, cuiuſmodi in eum finem fieri mandaverat Pater; Aloyſius, quem pudebat ex tam vilibus æſtimari, ſimplici veſtitu ex tenui panno, cui vulgo ſaiectæ nomen pulloque indutus cunctas illas ſalutationes obibat. Nec illi cæteroqui deerant veſtes auro undique

Mirâ cultus negligentia.

dique coopertæ, phrygioque opere picturatæ, quas cum aliquando in Hiſpaniâ uſurpaſſet, ut Parentum voluntati obſecundaret; nunquam deinde adduci potuit, ut vel ſemel in Italiâ indueret, ſed ad arcæ tenebras damnatas tinearum pabulum fecit. Fuit autem perpetuò a veſtium nitore, atque elegantiâ, improbi præſertim, ac præfulgentis coloris, quàm maximè alienus: atque univerſim in corporis cultu eximiè incurioſus, ut qui curas omnes animo excolendo dicaſſet. Quare ſæpè uſuueniebat, ut femoralia tam attrita geſtaret, ut cutim alicubi nudam proderet: & licèt, ne illa cultus negligentia, rerumque inanium deſpectus vulgaretur, pallio eam obuelare ſtuderet; tamen quia aliquando domeſticos gradus ſcandens lapſam e manibus Virgineam coronam inclinatus legere debuit; diductæ illicò ſciſſurarum rimæ obſeruanti Moderatori patuere: quo tempore graviter illum increpuit Moderator, quòd ſuum, ſuæque familiæ nomen ijs ſordibus fædaret: nihilque cunctatus nova femoralia afferri iuſſa, ei, ut properè indueret, mandavit. Ille ne res ad paternas aures manaret, dicto audiens, ac nihil mutire auſus, ea ſibi ſtatim induxit.

Porro dum iter haberet vel voce vel mente

Deum

Deum alloqui, eoque veluti iucundiſſimo comite viæ moleſtiam redimere ſolitus erat: neque, ut ab itinere feſſus fractuſque eſſet, conſueta ieiunia aut veſpertinas preces omiſit unquam: ſed ubi in hoſpitium veniſſet, continuò ad interiora domus ſecedens, ibi acti in Crucē Domini ſimulacrum aliquod, ſeu pictam imaginem, ſi qua eſſet, oculis perueſtigabat: & ſiquidem nuſquam appareret, atramento, vel, ſi id etiam aberat, prunâ extinctâ Crucis effigiem in chartâ adumbrabat: mox coram illâ procumbens unam aut alteram horam precibus operam dabat. Siquando in oppidum aliquod adueniret, ubi Societatis Collegium eſſet, offi cioſis principum virorum ſalutationibus perfunctus rectà feſtinabat ad Patres, quos tamen antequam conueniret, templum ingreſſus poſitis genibus Dominum conſalutabat, ne alienas ædes illarum Domino minimè ſalutato ruſticiùs ingrederetur: mox noſtros inuiſens cum ijs colloquendo quidquid otij ſuppeteret, libentiſſimo animo dabat.

Ieiunia & preces in itinere nũquam omiſit.

In hoſpitiũ veniēs unam aut alterā horam precibus dabat

Dum in Collegia Soc. venir, ſemper antea Tēplũ ingreditur

Dum in eo Italiæ ſubalpinæ tractu, qui Duci Allobrogum paret, verſaretur, duo quæ memorentur, apprimè digna, euenerunt. Alterum eſt, quòd cum Auguſtæ Taurinorum eſſet (quò venerat ut paternis verbis Duci ſalu-

tem

Digitized by Google

tem nunciaret) apud Hieronymum Roboreum propinquum ſuum, quem conſtat in ſacrum Purpuratorum Colleg um poſtea cooptatum; forte accidit ut complures generis amplitudine honeſtiſſimi adoleſcentes ad eum officij cauſâ conuenirent: Erat verò & ſenex inter illos, cui ſeptuageſimus & ſupra premebatur annus, homo æquevæ & grandis pro vetuſtate malitiæ: Is cum ſermones quoſdam corruptæ mentis putredinem olentes interſerere cæpiſſet, Aloyſius indignè ferens, propriæ alienæque ſalutis æſtu percitus, Ecquid, inquit, te pudet tam provectæ ætatis hominem lectiſſimos hoſce adoleſcentulos tam peſtilentibus verbis corrumpere, & qui alijs ad honeſtatem præire deberes exemplo, facem ad libidinem præfers, eòque teneram adoleſcentium ætatem impellis, quò ſuâ ſponte plùs nimio incumbit. Audiſti ne unquam D. Pauli effatum: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava?* His dictis libello, quem forte geſtabat, aperto, aliò intentionem avocare, quâ ſenex indignus eſſet, ſimulavit: atque ut etiam graviùs ſe commotum oſtenderet, inde ſe brevi proripuit: Itaque impudenti ſeni eâ obiurgatione revocatus pudor, ingenuis adoleſcentibus cuſtoditus.

Impudentem Senē magna libertate palàm increpat.

Alterum eſt, quòd cum Hercules Tanus eius Auun-

Auunculus certis authoribus didiciſſet, Aloyſium Auguſtam Taurinorum attigiſſe; ſtatim in eam urbem ſalutandi, viſendique causâ conceſſit, eumque peramanter complexus, magno ſtudio rogavit, ut Cherium, quò ad id uſque tempus venerat nunquam, ſecum unà cum germano fratre ire vellet: ita enim propinquorum omnium eos de facie noſſe atque alloqui cupientium vota impleret. Placuit Aloyſio morem gerere, atque officii munus cum Duce Allobrogum exequutus, ſeſe in viam Cherium versùs dedit, auunculo ac fratre comitantibus. Eò cum veniſſent ſummâ cum gratulatione, & lætitiâ omnium excipiuntur: mox lauto epulo recreatis ſaltatio geſtientium animorum indicium de more inſtruitur: quod præſentiens Aloyſius initio occultam fugam meditari cæpit: deinde apertè ſignificavit, ſeſe ab huiuſcemodi nugis animum gerere quàm maximè alienum, proinde, dum ceteri ſaltarent, libentiùs aliò conceſſurum. At cum inſtarent permulti, eam celebritatem eius unius honeſtandi causâ potiſſimùm comparatam; gratiam ſe agere dixit, habiturumque maiorem, ſi ut ſibi ſuoque animo morem gereret, permitteretur: verùm importunè ſolicitantibus tandem ſeſe interfuturũ ſpopondit, eâ tamen lege uti ſpectator adeſ-

ſet,

ſet, non actor. Vix cœnaculum ingreſſus, ubi lectiſſimus virorum, ac fœminarum chorus præſtolabatur, aſſederat; cum ſubitò nobilis fæmina de ſellâ conſurgens in eum rectà fertur, atque ad ſaltandum porrectâ dexterâ inuitat. Ille conſueta Diaboli per mulierem inuitamenta interpretatus, eveſtigio ſede relictâ, nulloque verbo aſtantibus facto, ſeſe ab eâ coronâ proripuit, ſeceſsitque in angulum domus remotiſſimum, minimèque obuium, nec ampliùs deinde ſeſe cætui reddidit. Et licèt eum poſt aliquod interuallum Hercules auunculus e cætu egreſſus diù veſtigaſſet, ut de facto amicè conquereretur; inuenire nequaquam potuit. Verùm cum eidem alia agenti famulorum ſepoſita domicilia penetrare contigiſſet, viſus eſt inter lectulum ac parietem poſitis humi genibus Numini ſupplicare: Ad quem aſpectum cum Hercules ſuſpenſus hæreret, illud in mentem venit, eum qui humana omnia uſque adeo ſupergreſſus deſpiciat, dignum eſſe quem reliqui veluti ſupra humana evectum ſuſpiciant, nec damnare auſint, cuius facta a ſuâ cognitione & iudicio exempta vident. Quamobrem reprehenſionem, quam Aloyſio deſtinaverat, in ſe ipſe conuertens, eo relicto tacitus, ac venerabundus abſceſsit.

Ad ſaltandum a fæmina inuitatus fugit.

CA-

CAPVT XIV.

Ferdinandus Aloyſij conſtantiam diverſis modis impugnare aggreditur.

ALoyſius Patris mandata exequutus domum ſeſe recipit, propoſiti eò magis tenax, quò pugnaciùs illud a Tartareo hoſte peti animaduertit, pretium ex ipsâ pugnâ dimenſus. Ergo redditâ Ferdinando ſui itineris ratione, actiſque gratijs omnium, quos inuiſerat, Dynaſtarum nomine, obſtrictam uti fidem exolueret, ſeſeque ſibi aliquando tandem relinqueret, poſtulavit. At Parenti longè alia mentem agitare, atque ipſe opinione auguratus fuerat, ſat citò intellexit: tunc enim eum interpellans ne verbum quidem eâ de re ſibi fieri ſuſtinuit: poſtea perductos in ſuam ſententiam complures viros clariſsimos magnis precibus rogavit, ut ſibi in eâ cum Aloyſio controverſiâ adeſſe vellent, ſtrenuamque operam navarent, quò filius a ſententiâ decederet.

Reverſus ſtatim veniam ſecedendi rogat.

Primus idemque validiſsimus, qui Adoleſcē-

ac perſonam teneant, quique filijs vitæ huius uſuram tradant: at ſi qui ſint qui Numinis voluntati reluctantes traditam vitam in omne æuum eripere ſtudeant, e munere & gradu delapſos ad hoſtes defeciſſe credendos, prout Evangelicum habet eloquium: *inimici hominis domeſtici eius*. Hæc cum dixiſſet ſenex, gratias illi egit optimus Adoleſcens, ſemperque ſeſe habiturum dixit, propterea quod ſuæ ſalutis amore percitus ad veritatem, non ad voluntatem eſſet loquutus: verùm haud alienum ſibi videri, eâ in re Parentis voluntati, quouſque Divinæ minùs apertè obſiſtat, obſecundare: iam cuncta, quæ evenire queant, longè ſibi animo proviſa: conſtantiam paternis ictibus retundendis, vel dexteritatem eludendis parem, Deo benè ivvante, ſperare non defuturam: ei quem Numinis metus, unde omnis Chriſtiana fortitudo, penitus inuaſit, nihil ſupereſſe metuendum: in omnia vitæ diſcrimina præceps libenſque ruet, cuius terga Numen iratum preſſit. Dato in hanc ſententiam reſponſo, mutuò ab ſe diſceſſerunt: reque Ferdinando Principi a Franciſco delatâ, controverſia Parentem inter ac filium in præſens dirempta eſt.

Chriſtiana fortitu do Divino metu cõſtat.

CA-

CAPVT XIII.

Italiam repetit, cunctoſque Italiæ Dynaſtas neceſſitudine coniunctos ſalutatum adit.

VOluebatur ānus a Virginis partu MDLXXXIV, cum Ferdinandus Gonzaga, ita domeſticis eius rationibus poſtulantibus, Italiam repetere coactus eſt. Quare, petitâ a Catholicis Regibus, factâque abeundi copiâ, ad iter unà cum coniuge, ac liberis aggreditur. Viæ comitem ſeſe addidit Franciſcus Gonzaga ſummus Franciſcani Ordinis Præſes, qui ſui muneris officium exequutus, nactuſque occaſionem Io: Andreæ de Auriâ Hiſpanicæ Claſſis Præfecti, Italiam versùs primo quoque tempore ſoluturi, eòdem remeare unà cum Ferdinando, ac liberis eâ claſſe deportandis ſtatuit. Incredibile memoratu eſt, quantâ ſit Aloyſius voluptate perfuſus, cum intellexit tanti viri, longo illo itinere, ſeſe iucundiſſimam conſuetudinem habiturum: erat enim optimus ille ſenex ad Aloyſij ingenium mirificè comparatus, ut

qui

qui moribus eam vitæ ſanctimoniam exprimeret, quam S. Adoleſcens voto ſibi fingere conſueverat: eandemque virtutem tum maximè Franciſcus explicuit, cùm Mantuanæ Eccleſiæ præfectus tam præclara pietatis exempla edidit, ut bonorum omnium iudicio cum magnis veterum Epiſcoporum nominibus conferendus cenſeretur.

Fr. Gonzagæ Sanctitas.

Ergo unà omnibus iter ingreſſis, Aloyſius ita aſſiduus cum Franciſco Præſide erat, eiuſque familiaritate oblectabatur, ut diurnas horas à reliquis occupationibus vacuas cum eo colloquendo falleret: quâ ex re, plurima navigationis incommoda ac maris pericula, dum mente aliò intentâ declinat, nulla ei propemodum viſa ſunt. Sermonis inter illos initium varium erat, exitus unum duntaxat Numen, quod unicè uterque ſpectabant, etiam cum aliò digrederentur.

Aloyſij cũ Fr. Salutaria colloquia.

Eodem anno ſecundâ navigatione ad oras Italicas appulſi, portum feliciter tenuere: nec diù diſtulit Aloyſius Parentem datæ in Hiſpaniâ fidei commonere: at ille novas ſemper moræ cauſas commentus, ut rem quàm longiſſimè protraheret, negavit ſe antea miſsionem daturum, quàm cunctos Italiæ Dynaſtas neceſſitudine iunctos ab ſe ſalutatum proficiſceretur.

Id

Id omnino ſeſe omittere non poſſe, ne deſerti officij reus in magnorum Principum offenſionē incurreret: verùm eâ ſpecie conſilium tegebat avocandi a propoſito adoleſcentis. Spes enim illi erat; Aloyſium liberalium hoſpitiorum illecebris irretitum, vitam illam, quam veluti ſeruam in domo paterna faſtidiret, eâ libertate donatam, delicijſque omnibus affluentem cupidiùs amplexurum, nec facilè deinde ad religioſa clauſtra, tanquam ad perpetuum carcerem damnaturum. Quidquid id foret, paruit Adoleſcens, adiunctoque Rodulpho ſibi comite, magnâ ſeruorum copiâ ſtipatus univerſos Italiæ Principes, quibus cum Patre neceſsitudo erat, officioſè ſalutatum adijt. Dedit autem in hoc itinere, quàm levis apud eum ponderis eſſet aura popularis, & quàm exiguam fortunæ mendacijs fidem adhiberet, plurima, eademque maxima documenta.

Pater Aloyſiū libertatis illecebra a propoſito avertere ſtudet.

Quo in genere illud primùm ad memoriam inſigne, quod cum Rodulphus nitidâ ac pretioſâ veſte amictus incederet, cuiuſmodi in eum finem fieri mandaverat Pater; Aloyſius, quem pudebat ex tam vilibus æſtimari, ſimplici veſtitu ex tenui panno, cui vulgo ſaiectæ nomen pulloque indutus cunctas illas ſalutationes obibat. Nec illi cæteroqui deerant veſtes auro undique

Mirâ cultus negligentia.

dique coopertæ, phrygioque opere picturatæ, quas cum aliquando in Hiſpaniâ uſurpaſſet, ut Parentum voluntati obſecundaret; nunquam deinde adduci potuit, ut vel ſemel in Italiâ indueret, ſed ad arcæ tenebras damnatas tinearum pabulum fecit. Fuit autem perpetuò a veſtium nitore, atque elegantiâ, improbi præſertim, ac præfulgentis coloris, quàm maximè alienus: atque univerſim in corporis cultu eximiè incurioſus, ut qui curas omnes animo excolendo dicaſſet. Quare ſæpè uſuueniebat, ut femoralia tam attrita geſtaret, ut cutim alicubi nudam proderet: & licèt, ne illa cultus negligentia, rerumque inanium deſpectus vulgaretur, pallio eam obuelare ſtuderet; tamen quia aliquando domeſticos gradus ſcandens lapſam e manibus Virgineam coronam inclinatus legere debuit; diductæ illicò ſciſſurarum rimæ obſeruanti Moderatori patuere: quo tempore graviter illum increpuit Moderator, quòd ſuum, ſuæque familiæ nomen ijs ſordibus fædaret: nihilque cunctatus nova femoralia aſferri iuſſa, ei, ut properè indueret, mandavit. Ille ne res ad paternas aures manaret, dicto audiens, ac nihil mutire auſus, ea ſibi ſtatim induxit.

Porro dum iter haberet vel voce vel mente

Deum

Deum alloqui, eoque veluti iucundiſſimo comite viæ moleſtiam redimere ſolitus erat: neque, ut ab itinere feſſus fractuſque eſſet, conſueta ieiunia aut veſpertinas preces omiſit unquam: ſed ubi in hoſpitium veniſſet, continuò ad interiora domus ſecedens, ibi acti in Crucē Domini ſimulacrum aliquod, ſeu pictam imaginem, ſi qua eſſet, oculis perueſtigabat: & ſiquidem nuſquam appareret, atramento, vel, ſi id etiam aberat, prunâ extinctâ Crucis effigiem in chartâ adumbrabat: mox coram illâ procumbens unam aut alteram horam precibus operam dabat. Siquando in oppidum aliquod adueniret, ubi Societatis Collegium eſſet, officioſis principum virorum ſalutationibus perfunctus rectà feſtinabat ad Patres, quos tamen antequam conueniret, templum ingreſſus poſitis genibus Dominum conſalutabat, ne alienas ædes illarum Domino minimè ſalutato ruſticiùs ingrederetur: mox noſtros inuiſens cum ijs colloquendo quidquid otij ſuppeteret, libentiſſimo animo dabat.

Ieiunia & preces in itinere nū quam omiſit.

In hoſpitiū veniēs unam aut alterā horam precibus dabat

Dum in Collegia Soc. venit, ſemper antea Tēplū ingreditur

Dum in eo Italiæ ſubalpinæ tractu, qui Duci Allobrogum paret, verſaretur, duo quæ memorentur, apprimè digna, euenerunt. Alterum eſt, quòd cum Auguſtæ Taurinorum eſſet (quò venerat ut paternis verbis Duci ſalutem

tem nunciaret) apud Hieronymum Roboreum propinquum ſuum, quem conſtat in ſacrum Purpuratorum Collegium poſtea cooptatum; forte accidit ut complures generis amplitudine honeſtiſſimi adoleſcentes ad eum officij cauſâ conuenirent: Erat verò & ſenex inter illos, cui ſeptuageſimus & ſupra premebatur annus, homo æquevæ & grandis pro vetuſtate malitiæ: Is cum ſermones quoſdam corruptæ mentis putredinem olentes interſerere cæpiſſet, Aloyſius indignè ferens, propriæ alienæque ſalutis æſtu percitus, Ecquid, inquit, te pudet tam provectæ ætatis hominem lectiſſimos hoſce adoleſcentulos tam peſtilentibus verbis corrumpere, & qui alijs ad honeſtatem præire deberes exemplo, facem ad libidinem præfers, eòque teneram adoleſcentium ætatem impellis, quò ſuâ ſponte plùs nimio incumbit. Audiſti ne unquam D. Pauli effatum: *Corrumpunt bonos mores colloquia prava?* His dictis libello, quem forte geſtabat, aperto, aliò intentionem avocare, quâ ſenex indignus eſſet, ſimulavit: atque ut etiam graviùs ſe commotum oſtenderet, inde ſe brevi proripuit: Itaque impudenti ſeni eâ obiurgatione revocatus pudor, ingenuis adoleſcentibus cuſtoditus.

Impudentem Senẽ magna libertate palàm increpat.

Alterum eſt, quòd cum Hercules Tanus eius

Auun-

Auunculus certis authoribus didiciſſet, Aloyſium Auguſtam Taurinorum attigiſſe; ſtatim in eam urbem ſalutandi, viſendique causâ conceſſit, eumque peramanter complexus, magno ſtudio rogavit, ut Cherium, quò ad id uſque tempus venerat nunquam, ſecum unà cum germano fratre ire vellet: ita enim propinquorum omnium eos de facie noſſe atque alloqui cupientium vota impleret. Placuit Aloyſio morem gerere, atque officii munus cum Duce Allobrogum exequutus, ſeſe in viam Cherium versùs dedit, auunculo ac fratre comitantibus. Eò cum veniſſent ſummâ cum gratulatione, & lætitiâ omnium excipiuntur: mox lauto epulo recreatis ſaltatio geſtientium animorum indicium de more inſtruitur: quod præſentiens Aloyſius initio occultam fugam meditari cæpit: deinde apertè ſignificavit, ſeſe ab huiuſcemodi nugis animum gerere quàm maximè alienum, proinde, dum ceteri ſaltarent, libentiùs aliò conceſſurum. At cum inſtarent permulti, eam celebritatem eius unius honeſtandi causâ potiſſimùm comparatam; gratiam ſe agere dixit, habiturumque maiorem, ſi ut ſibi ſuoque animo morem gereret, permitteretur: verùm importunè ſolicitantibus tandem ſeſe interfuturũ ſpopondit, eâ tamen lege uti ſpectator adeſ-

ſet,

CAPVT XIV.

Ferdinandus Aloyſij conſtantiam diverſis modis impugnare aggreditur.

Aloyſius Patris mandata exequutus domum ſeſe recipit, propoſiti eò magis tenax, quò pugnaciùs illud a Tartareo hoſte peti animaduertit; pretium ex ipsâ pugnâ dimenſus. Ergo redditâ Ferdinando ſui itineris ratione, actiſque gratijs omnium, quos inuiſerat, Dynaſtarum nomine, obſtrictam uti fidem exolueret, ſeque ſibi aliquando tandem relinqueret, poſtulavit. At Parenti longè alia mentem agitare, atque ipſe opinione auguratus fuerat, ſat citò intellexit: tunc enim eum interpellans ne verbum quidem eâ de re ſibi fieri ſuſtinuit: poſtea perductos in ſuam ſententiam complures viros clariſsimos magnis precibus rogavit, ut ſibi in eâ cum Aloyſio controverſiâ adeſſe vellent, ſtrenuamque operam navarent, quò filius a ſententiâ decederet.

Reverſus ſtatim veniam ſecedendi rogat.

Primus idemque validiſsimus, qui Adoleſcē-

DuxMantuanus Aloyſium a propoſito magnis pollicitationibus abducere conatur.

tis conſtantiam tentare inſtituit, fuit Guillielmus Mantuanorum Dux, qui cum eum ſingulari benevolentiâ complecteretur, facilem ſibi aditum in eius pectus (quod amicis nullam ſuſpicionem inijcientibus ultrò adaperire conſuevimus) pollicebatur. Is Caſtilionem certum quendam hominem Sacrorum Antiſtitem dicēdi copiâ ac facultate præſtantem allegat, qui ſuo nomine a ſuſcepto vitæ Religioſæ conſilio Aloyſium dehortetur: & ſiquidem firmum in propoſito profanam vitam deſerendi comperiat; illud ſaltem moneat, ut liberiore clerici ordinis ſtatu contentus ſeſe domeſticis utilitatibus minimè ſubducat: etiam in eo ordine ſpectatæ ſanctitatis viros floruiſſe quamplurimos, quorum omnium inſtar eſſe poſſe Carolum Borromæum adhuc ſuperſtitem, eique optimè cognitum, cuius dignitas atque amplitudo quãtum in Divinam, tantumdem in ſuæ familiæ gloriam redundaret. Quod ſi facilem dictoque audientem ſentiat, ſuo itidem nomine ſignificet, ſe operam daturum, ut ampliſsimis Eccleſiaſticæ dignitatis gradibus, ubi primùm data fuerit occaſio, admoveatur. Delatis hiſce ab Antiſtite mandatis, ſuâque dicendi ubertate aptè ad perſuadendum exaggeratis, Aloyſius, qui in ijs pollicitationibus ad futuram ætatem

ſpe-

ſpectantibus nihil certi præter præſentem Principis benevolentiam cerneret, hanc ceteris repudiatis prono, gratoque animo excepit, & pro eâ grates referre iuſsit: tum ſibi curæ eſſe renunciari & ſuum, & ſuæ familiæ decus, nec propterea quia cum ſolidiore gloriâ commutet, ideo negligere: planum ſiquidem eſſe, eum qui paruos honores tranſeat, ut ſequatur magnos, haud honoribus offendi, ſed paruitate.

Idem alij permulti, ſed inaniter tentât.

Poſt Guillielmum Ducem, Alphonſus Gonzaga Aloyſij Patruus Caſtri Godefridi Dominus, a quo idem Caſtrum hereditate illi obuenturum ſpes erat, mutuatâ ab ipsâ hereditate facundiâ, adoleſcentem aggreditur, multiſque modis labefactare nititur, irrito licèt, & in contrarium redeunte niſu: nam quo magis ille futuras opes exaggeraret, eo dignius Deo munus ſe oblaturum Aloyſius gaudebat. Mox idē, ſed eodem exitu tentavit, tertius quidam ex Familiâ pariter Gonzagâ noſtro Ordini, neſcio quâ de causâ infenſus, certè ex eâdem valde acutus, & ad nos perſtringendos eloquens. Hunc excepit Caſtilionenſis Cleri Archipræsbyter, vir annis iuxta, atque authoritate gravis, quem antea ſemper Aloyſius plurimi fecerat. Tum alius quidam Sacris Concionibus eo tempore illuſtris, qui poſtmodum ad

Sacrorum Antiſtis gradum probitatis, ac litteraturæ nomine evectus eſt: Poſtremò alij atque alij permulti, qui Ferdinando authore, omnes in eius conſtantiam impetum fecerunt, ac iuvenilem animum, quà ſpe, metuque, quà rationibus, ac precibus in omnes partes verſare conati ſunt. Quibus tamen cunctis ita ſeſe ſuumque conſilium probavit Adoleſcens, ut qui pro Patre ſuaſores acceſſerant, contra Patrem prævaricatores diſcederent.

Ab ab omnibus ſe egregiè tutatur.

Ferdinandus ſpem ſuam, quam in tantorum virorum authoritate locarat, ad irritum cecidiſſe videns, nullumque hactenus ex deſtinato propoſitum fluere; Aloyſium ad ſe è podagrâ tunc decumbentem accerſit, rogatque, quorſum tandem eius conſilia ſpectarent, quidue ſtatutum cum animo ſuo, ac deliberatum haberet? Ille voce oculiſque demiſſis, animo tamen impavido, eandem, quæ ſemper, ſententiam ſtare, reſpondet, Deo ſcilicet, in eius Filij Societate, perpetuò deſeruire. Ad hæc ſubitâ irâ ſuccenſus ac tumidus Ferdinandus toruo vultu, verbiſque minacibus è conſpectu protinus evolare iubet: mox hominum, rerumque impatiens, turbida omnia ad evertendum illius propoſitum ſilentio agitare cæpit. Is verò libens obtemperat, & quò melius Patris im-

Eius conſtantia adverſus Patrem.

perium

perium (ita enim impetum illum interpretari maluit) exequeretur, relictâ domo in proximum D. Franciſci cœnobium extra oppidum ad primum lapidem ſitum ſeceſſit, eòdemque operam dedit, ut lectulus unà cum nonnullis libris, atque univerſo conclavis inſtrumento, & ſupellectili aſportaretur. Ibi autem otium ſecurum procul a turbâ nactus, divinis commentationibus animum laxavit: & perinde ac ſi vitam ſolitariam degeret, atque eremum incoleret, aſperiore victus, cultuſque ratione uti cæpit. Interea Ferdinandus huius ſeceſſionis minimè conſcius, nemine ſcilicet renunciante, ne irritaretur magis; interiecto aliquot dierum ſpatio, ubinam gentium ageret Aloyſius, quem dudum non viderat, rogavit. Vt verò ſenſit, in memoratum cœnobium migraſſe, ibique aliquot iam dies habere; mittit, qui ſuo nomine reditum ſine morâ denunciet: quē ſubinde regreſſum, atque ad ſe accerſitum aſperioribus verbis accipit, graviterque incuſat, quòd ſuo inde iniuſſu abijſſet, idque ut novo contemptu acriores ſibi irarum ſtimulos adderet. Ille pacato animo vultuque ad reverentiā compoſito reſpondit, ſe, ut ex eius conſpectu evolaret, prout ipſe mandaverat, eò demigraſſe: proinde obtemperare, non contemnere, con-

Inſcio Patre ſecedit in proximum cœnobium.

Regreſſū Pater aſperis modis accipit.

filium fuiſſe. Ferdinandus adhuc multa exprobrans, pluraque minitatus faceſſere iubet, atque in ſuum ſeſe conclave recipere. Paret Adoleſcens, & cubiculum ingreſſus ſtatim fores occludit: mox ante Chriſti e Cruce pendentis imaginem provolutus, ſubito lacrymarum imbre totus perfunditur: tum armatâ flagello dexterâ, nudatoque tergo in ſeſe acerrimè, ac diutiſsimè tanquam reum paternæ illius moroſitatis desævijt.

Hoc interim ſpatio Ferdinandus (cuius ira omnis aduerſus filium paterno militabat amori) veritus ne tam aſperis modis nimio plùs illum exacerbaſſet, facti nonnihil pænitens vocatum ad ſe Oppidi Rectorem, qui tunc fortè pro foribus opperiebatur, exploratum mittit, ubi locorum, quidue rerum ageret Aloyſius. Is eius cubiculum rectà petens, ſtantem in limine cubicularium offendit, a quo percontatus, quid, atque ubi Aloyſius? audit, paulò ante in conclave abditum, oſtio intus obſerato, ne interpellaretur, feriò inhibuiſſe. Declarat Rector, ſe Principis mandato venire, atque obſeruare iuſſum, quid rerum gereret Adoleſcens: tum ſenſim ad oſtium accedens ſtricto pugione modicè diducit rimas, perque illas conſpicit, Adoleſcentem ante Chriſti imaginem nudis genibus

Per ianuæ rimas dirè ſeſe cruen tans inſpicitur.

nibus

nibus provolutum uberes ex oculis lacrymas mittere, nudatoſque humeros diro verbere cruẽtare. Quâ ex re vehementer permotus lacrymas nec ipſe tenuit, oculiſque madentibus ad Ferdinandum revertitur, a quo rogatus, quid fletus ille ac lacrymæ ſibi vellent: Si quæ ipſe, inquit, hiſce oculis vidi; tute vidiſſes Domine, profectò nec fletum cohiberes, nec Puerum, diutiùs, quò minùs tam ſanctè cogitata perficeret, morari poſſes. Simulque aperit quæcunque ipſe per ianuæ foramen perſpexerat. Hoc audito hæſit aliquantulum Ferdinandus, tum non ſatis fidens alienis oculis, lacrymis licet fucũ omnẽ diluentibus, ſuis id explorare ſtatuit: quare cum eodem conuenit, ut inſequenti die, quâ horâ opportunum cenſeretur, per ſe ipſe ad eaſdem rimas ſpectator accederet. Poſtridie, ut condictum, quâque horâ monitus fuit, ſellâ geſtatoriâ ad filij ianuam ſeſe iubet deferri, ac per heſternum foramen, videt Aloyſiũ fletum, pænaſque, uti didicerat, iterantem: quo ſpectaculo vel alienis, nedum paternis oculis peracerbo, graviter commotus, attonito ſimilis diu fuit: tum unà cum coniuge eò acerſitâ rem totam diſsimulari iubet, factoque deinde nonnullo tanquam tunc primùm aduentantium ſtrepitu, fores pulſat: quibus poſt paulo

 lo

lo reſeratis, pavimentum conſpicit pluribus in locis ſanguine, qui ex humeris defluxerat, cruẽtatum, lacrymiſque alicubi perinde madidum, ut ſi aquâ eſſet recens perfuſum. Hic verò ſanguis, veluti de terrâ etiãm cũ lacrymis clamãs, tantam vim quotidianis Aloyſij precibus addidit, ut expugnatâ Patris voluntate licentiam aliquando tandem impetrarit.

Sãguine & lacrymis volũtas Patris tandẽ expugnatur.

Quare datis litteris ad Scipionem Gonzagã Hieroſolymorum Patriarcam (is erat qui poſtea inter Eccleſiæ Purpuratos allectus eſt) tum Romæ commorantem de Aloyſij propoſito, deque in eo retinendo, atque etiam urgendo conſtantiâ, poſtulat, ut ſuo eum nomine tanquam rem ſibi cariſsimam Claudio Aquavivæ totius noſtri Ordinis Moderatori offerat, atque ex eo intelligat, quò miſſum velit, ut prima Religioſæ vitæ rudimenta ponat. Claudius tam fauſto nuntio ſummoperè lætus, eum Romæ in Vrbe terrarum principe tyrocinium auſpicari velle ſignificat, ratus tam nobile pietatis exemplum totius Orbis oculis, quorum ſedes in capite, proponendum. Reſponſo ad Ferdinandum miſſo, incredibile dictu eſt, quàm ingenti gaudio, cum primum de Parente audivit, ſit auctus Aloyſius: ita planè, ut non potuerit, quin properè ſumpto ſtylo litteras Ro-

Claudius Aqu: Aloyſium a Patre oblatũ in Soc. admittit.

Inde Aloyſij gaudiũ.

Romam ad Claudium amoris officijque pleniſſimas exararet, quibus ſeſe immortales gratias habiturum teſtaretur, ſeſeque quando paria beneficio referre haud poſſet, totum dicaret.

His Claudius perhumaniter reſcripſit, ſe loco filij illum iam tum accipere, ac dum veniret, ſummam in ſe totâque per Vrbem Societate eius expectationem ac deſiderium fore.

* * *

CAPVT XV.

Principatu abdicato Mediolanum negotiorum cauſa contendit.

HIs ita peractis, ſtatim de abdicando Caſtilionis Dominatu, cuius inſignia ei dudum Cæſar detulerat, quemadmodum antea memoravimus, cœptum eſt agi. Itaque Ferdinando cupienti, uti ea Rodulpho fratri natu minori concederet, haud ægrè acquievit: quin & Patri permiſit, tabulas ceſſionis eâ formâ confici, quâ maximè vellet, ac tantummodò de celeritate ſollicitus, hanc illi maiorem in modum commendavit. Tabularum forma fuit huiuſmodi: Vt Aloyſius omnia paternæ ditionis iura, ac proventus, quin etiam obuenturas in poſterum hereditates abdicaret: ita tamen, ut in præſens duo illi aureorum millia, in reliquã verò ætatem quadringenti aurei, quos arbitratu ſuo poſſet inſumere quotannis appenderentur. Hanc formam ad Cæſarem, citra cuius authoritatem ea abdicatio fieri non poterat, ut qui illam omnem Provinciam vectigalem haberet,

Tabulæ ceſsionis de abdicãdo Caſtilionis dominatu.

beret, tranſmiſit Pater: & quò Cæſar aſſenſionem ad eam promptiùs adiungeret, tabulaſque ritè firmaret, Aloyſius Eleonoram Auſtriacam Mantuanorum Ducem magno ſtudio rogavit, operam uti ſuam interponeret, quod & fœmina probatiſſima tota in alienæ ſalutis curam intenta libenti animo, ac felici eventu perfecit.

Eleonora Auſtr. Aloyſio abdicanti favet.

Inter hæc, dum Cæſaris expectatur aſſenſus, negotia quædam haud levis momenti Mediolani orta rei benè cæptæ, & prorſus eunti cunctationem iniecerunt. Nam Ferdinandus adhuc pedibus æger, & coram adeſſe invalidus, Aloyſio, cuius prudentiæ planè ſenilis plurimis in rebus periculum fecerat, ſuas partes impoſuit, iuſſitque Mediolanum quam primùm contendere. Nec profectò paternus eum amor, liberorum ornamenta ut ab ſe profecta exaggerare ſolitus, fefellit: Siquidem in confeſſo apud omnes erat, in Aloyſio adoleſcentiæ veſtigium nullum extitiſſe, præter formam, & robur. Et licèt conſummatæ prudentiæ neceſſarius rerum uſus deeſſe videretur, ſenioribus tamen in conſilium adhibitis, eorum uſum atque experientiam ſuam uſurpando efficiebat: itaque cunctis in rebus conſideratus ut qui maximè, circumſpectuique erat. Igitur Me-

Aloſij prudentia ac dexteritas in negotijs adminiſtrandis.

Mediolanum profectus, ut Patris mandata cō-ficeret, octo ampliùs menſes ibi ſubſiſtere compulſus eſt, quibus tamen eâ ſolertiâ, ac ſagacitate ſuſcepta negotia adminiſtravit, ut res ceteroqui implicatiſſimas mirâ dexteritate explicuerit, atque omnia paternis ut votis cederēt, feliciter præſtiterit.

Neque verò hoc negotiorum tempore animus a litterarum, ac pietatis ſtudio vacavit: verùm, ut utrumque urgeret, Collegium Societatis Ieſu, quod Braidenſe vocant, aſſiduè frequentabat. Ibi Philoſophiæ ſtudia, in Hiſpaniâ inchoata perſequi libuit, & quâ erat ad intelligendum celeritate, eos brevi progreſſus habuit, ut omnibus admirationi eſſet: quin & prorſus inuidiæ fuiſſet, niſi incredibilis verecundia, atque humanitas, quâ erga omnes vel infimos utebatur, omnem inuidiæ materiam amoris fomitem effeciſſet. Author eſt eius Magiſter, Aloyſium uſque adeo inter diſputandum modeſtiam tenuiſſe; ut, licèt ingenij acumen ei vehementer in eiuſmodi pugnas pruriret; nullum tamen faſtus, aut licentiæ ivvenilis, vel cum Theatra plauſu reſonarent, indicium unquam exhibuerit: quod quàm arduum ſit, ſatis æſtimare non poſsit, niſi cui paribus ingenij viribus prædito hæc certamina ſubijſſe

Singularis modeſtia omnibus amabilem reddit.

Hanc inter diſputādū maximè retinuit.

con-

contigerit. Singulis diebus a meridie mathematicis diſciplinis ſtudioſè operam dabat:& quia eius artis Doctor ſolâ explicatione contentus dictare ſolebat nihil; Aloyſius, ne ea, quæ auribus accepiſſet, elaberentur; ubi domum ſeſe receperat, librario dictabat: idque tantâ fidelitate, ut Virgilius Cæparius vir in Mathematicis haud imperitus, viſis Aloyſij commentarijs librarij manu deſcriptis, teſtatum reliquerit; ſe ſatis mirari non potuiſſe, quòd nulla ei demonſtratio unquam exciderit: quin etiam tantâ firmitate hæſerint univerſæ, ut totidem ferè verbis, nuſquam vel in numeris; vel in menſuris, ſeu rationibus lapſus (quod in rebus adeò fluxis, fugacibuſque admiratione non vacat) ſcriptori reddiderit. Mira eius memoria.

Hoc tempore, miro moderationis exemplo, veſtitus incedebat, ex eo vili & vulgari panno, quem noſtri Raſciam vocant; & plebeij homines potiſsimùm adhibent. Ad Gymnaſium, verò pedibus, ut plurimùm, ibat: tametſi vel rhedæ; vel equorum copia minimè deeſſet. Feſtis diebus D. Fidelis Ædem, quam curæ habent Patres Societatis; celebrabat: ubi rerum æternarum commentationi laxatis habenis matutinum ferè omne tempus Numini, precibuſque dicabat. Ibi autem poſtquam diu ac ſedulò ſe- Cultus moderatio: Raſciam induit.

ſe

ſe comparaverat, ad ſacræ exomologeſeos primùm, deinde ad Euchariſtiæ Divina Myſteria tantâ cum religione, ac pietatis ſenſu accedebat, ſolo ut aſpectu omnibus ad Dei amorem & cultum incitamento eſſet. Sacer quidam Orator, qui ijſdem diebus feſtis ex loco ſuperiore ad populum concionem habebat, memorare conſueverat, ſe, ut ſuam orationem ad animos permovendos divino amore ſuccenderet, in Aloyſium, qui ſemper ex adverſo aderat, oculos, cum verba faceret, conijcere ſolitum: atque ex eius vultu veluti divinæ caritatis radios circumquaque fundente, ita validos ignes concipere, ut ignita poſtmodum planè verba depromeret.

Concionatorem ſolo aſpectu divina caritate auditor accēdit.

Porrò tempus omne, quod profeſtis etiam diebus a ſtudio ac negotijs dabatur, mos illi erat in Collegio Societatis cum noſtris colloquēdo traducere: & ſi ceteri deeſſent, vel cum ſolo ianitore libentiſſimè verſari. Quod ſiquando eveniret, ut ianitor ei claves permitteret, dum ipſe quempiam ex Patribus accerſitū iret; ille continuò lætitiâ geſtire, grates ianitori agere, ſibique religioſi hominis imaginem ſummâ cum voluptate tantiſper gratulari. Cum probè teneret noſtri Collegij morem, in villam octavo quoque die ad vires ſtudijs fractas reparandas

Ianitoris vice gaudēs in Collegio fungitur.

Digitized by Google

das ſecedendi : cumque etiam noſſet eam duo decim ferè ſtadijs extra portam Novocomenſē ab urbe diſsitam ; Is ipſo ceſſationis die , ubi primùm illuceſceret , in eam partem proficiſci maturabat: famuliſque longè præcurrens, ſimul ac portam eſſet egreſſus, libello aliquo ſalutari in manus ſumpto tardiùs ingredi incipiebat : mox etiā ſubſiſtere, ac floſculos è ſepibus uſque eò legere, dum aliqui ex noſtris in conſpectum venirent : tum enim conuerſus præſtolari aduenientes, prætereuntibus comiter ſalutem dicere, prætergreſſos denique lento gradu, oculiſque in eos aſsiduè intētis, quouſque tecto ſuccederent, cupidè perſequi. Poſtquam verò ſeſe ſubduxerant , tunc viam retexens cæteris ſeriùs venientibus occurrebat, eoſque benignè ſalutatos fauſtis ominibus proſequebatur. Itaque ſolo illorum aſpectu , quos beatos exiſtimabat, ac ſalutatione contentus , domum lætitiæ plenus revertebatur .

Hæc villa eo tempore Ghiſolfa dicebatur.

Voluptas illi, noſtris adeuntibus occurrere.

Iis verò diebus, quos ſolemni quadraginta dierum ieiunio præeuntes reliqui adoleſcentes a ſtudijs feriati agitare ſolent: atque eorum plerique indutâ perſonâ bacchantium imaginem, quin & ſæpè veritatem referunt: Aloyſius vaſanam hanc, impiamque licentiā deteſtatus ſuas in Collegio ferias cum Patribus celebrabat: ibi

Bacchi ferias ſanctè traducit.

enim

enim inito de rebus cæleſtibus colloquio, eâ mentis intentione ad Cælitum ſpectacula longè iucundiſsimâ ferebatur; ut inde mortalium gaudia deſpectans, ſummoperè gauderet, quòd eiuſmodi gaudiorum laruis tam pueriliter, ut mortalium reliqui, minimè luderetur. Eſt & illud præterea omni poſteritatis memoriâ dignum, quòd cũ Mediolani per eos dies equeſtris pugnæ ſimulacrum (ubi luſorijs armis ad decretoria proludi, belloque iuvenum ſtudia conciliari ſolent) ſummâ civitatis frequentiâ exhibendum eſſet; Aloyſius quoque adeſſe voluit, non ut cum ceteris equeſtris ordinis in honoris ac dignitatis certamen veniret; ſed ut ex ludicrâ pugnâ ſeriam, eandemque glorioſam de ipsâ gloriâ victoriam reportaret. Siquidem cũ ceteri pro ſe quiſque certarent, ut quàm maximè pretioſâ veſte indùti ſuperbiſque inſidentes equis magnificè incederent; Ipſe (quem ceteroqui alijs diebus nobiles equi holoſericis phaleris inſtrati, famulis deducentibus comitabantur) mulo tunc vectus ignobili, lætus, quaſi humanâ celſitudine proculcatâ ſublimior, per viam confertiſſimâ turbâ obſtrepentem deambulabat. Omnium oĩa, atque oculi tunc in Aloyſium conuerſi, quos inter qui ſuperbiæ vitio obcæcati divinum eius facti decorem intue-

Admirabilis humanæ gloriæ contẽptus

ri

ri haud poterant , Adoleſcentis ſimplicitatem damnabāt : qui verò libero obtutu rem penitùs inſpiciebant , imparis gloriolæ contemptum magnanimitatem altiora ſpectantis interpretabantur . His verò alijſque Chriſtianæ virtutis argumentis , tantum ille honorem , ſeu potiùs, honor illum vel fugientem eſt aſſequutus, ut ſolidâ illâ atque ſincerâ famâ , quam ſibi mens retinet, nec linguæ vitio corruptam profert , honeſtiſſimum quenque longe anteiret .

Solida, nō corrupta adulatione Fama alijs, præſtat.

CAPVT XVI.

Novis adhuc machinis urgetur.

Ferdinandus noua molitur.

FIne Mediolanenſibus curis impoſito, allatiſque Cæſaris litteris, quibus Aloyſio abdicationis poteſtas fieret, ſubitò exorta tempeſtas, optato litori imminentem iterum in altũ abſtraxit. Quippe Ferdinandus, qui necdum ſpem omnem filij in ſuam ſententiam flectendi abiecerat, eòque nunquam ex toto nova moliri deſtiterat; Caſtilione Mediolanum profectus filio nihil tale ſuſpicanti, improviſus aduenit: & ut, quò ſubitus ille aduentus pertineret, ſtatim ſignificaret, nonnihil inde momenti ad ſuam cauſam allaturus, eveſtigiò interrogat; Quid tandem in animo ſuo conſtitutum haberet? An ne reſipuiſſet aliquando, atque è ſententiâ deceſſiſſet? Nihil minus, inquit Adoleſcens: mirarique plurimùm talia ab ſe ultra quæri: mentem ſuam uſque adeò iam omnibus notam, ut tam frequenter, moleſtèque eam porrò exquirere, comprimendæ potiùs, quàm exprimendæ veritatis (cuius ſcilicet tam acri-

ter

ter confeſſio torqueretur) ſtudium videatur. Ferdinandus, ne filio paterna aliqua auſteritas fugæ cauſam geminaret, eius animum nonnihil commotum ſedare, blandiùs tractando, inſtituit: Monet igitur, authoritate paululum ſepoſitâ, vultuque remiſſo, uti ſeriò animaduertat; opus ei non eſſe paternam domum deſerere, quò religioſam vitam ducat: modò enim eamdem illam, quam annos iam complures duxerat, retineret, ſanctiùs profectò religioſorum pleriſque victurum. Interim gentem ſibi creditam præclaris ſuæ vitæ exemplis, in cœnobio ceteroqui perituris, minimè fraudaret: pronum ſiquidem illi fore, eam tam arctè ſibi devinctam ad arduum ſalutis tramitem revocare, ac per eum in cæleſtem patriam unà ſecum perducere. Id eſſe potiſſimùm; quod impensè ab ſe ſubiecti populi expetant: qui nimirum, omnes ob præclaras eius ingenij, ac prudentiæ dotes, ob initam a cunctis Italiæ principibus gratiam, ob ſummam denique cum ſupremo rerum Domino amicitiæ coniunctionem, veluti Naturæ, Fortunæ, ac Numinis prærogativâ ad imperium deſignatum ſuâ acclamatione confirment: eoſdemque ſupplices ad eius pedes abiectos enixè rogare, nè ſeſe divinâ deſignatione ei traditos fratris natu minoris præ- Blãda eius oratio.

 cipiti,

cipiti,ac præpropero ingenio,qui ſe unum moderari nequeat, deferat moderandos, vel fortè ſine ullâ moderatione diripiendos. Sub hæc, ægrum podagræ doloribus corpus oſtentans, ſeſe ut inſpiciat, ſuarumquè virium imbecillitatem petit,ſimulque ut in mentem veniat,tam afflictas vires reipublicæ adminiſtrandæ haud pares in poſterum futuras, unicamque ſpem in eo locatam, irritam fore ne patiatur, nec paternæ ſenectuti dudum in eum inclinatæ, ac niſi prohibeat, ruituræ ſeſe ex inſperato ſubducat. Quin potiùs illud meminerit, pietatem in Deum ſuadere nullatenus poſſe aduerſus parentes, quos Deus ipſe in ſui locum ſuffecerit, impietatem. Plura dicturum vis doloris & lacrymarum copiosè fluentium interpellat, & ſilentium indicens perorandi munus vocibus præripit. Verùm Aloyſius pueriles lacrymas in ſene miſeratus, præmiſsâ pro benevolentiâ gratiarum actione, Patris argumenta facili negotio,brevique reſponſione diiecit: Nimirum omnibus ijs, quâ parte ſuum conſilium Deo authore ſuſceptum impugnent, unicè plenèque reſpondere ipſum conſilij Authorem, qui omnia videat, provideatque, ne quid incommodi ſuis e ſanctionibus oriatur: quâ verò parte Dei authoritatem inficientur, tam multis, tamque illu-

Conſtans Aloyſij reſponſio.

Digitized by Google

illuſtribus indicijs, eam hactenus comprobatã, ut qui rem ſenſibus propemodùm expoſitam dubiam habeat, æquè dubitet neceſſe ſit, vigeat ne ipſe ſenſibus, an autem penitus vacet.

Ferdinandus poſtquam Aloyſij voluntatem nec vi frangere, nec eblandiri ſe poſſe intelligit, eamque Dei potiſſimùm authoritate niti; hanc omni viâ ac ratione conuellere ſtatuit, ut illa, quaſi ſubducto fundamento, per ſe ipſa corruat. Quamobrem iterum permultos tum religioſos tum profanos viros collegit, quorũ alios pro veteri amicitiâ rogavit, alios ſpe novæ conduxit, uti pro ſe quiſque Adoleſcentem eo metu ac religione, quâ tenebatur, eximere conarentur: ſuaderentque opinionem, quam mente comprehenderat, non è Cœlo profectã, ac divinitùs immiſſam, uti ipſe arbitraretur, ſed ex eius capite enatam, ſatis ſuâ duritie, & contumaciâ terrenum genus teſtari. Brevi ab omnibus peractum, quod Princeps optaverat, minimè tamen optato exitu: quippe poſtquam cuncti eius interpretes ſuo munere perfuncti ad eum rediere, omni aſſeveratione uno ore affirmant, Adoleſcentẽ haud dubiè in eam mentem divinitùs impulſum, nec ſine Numinis illum ad ſe vocantis, offenſione, poſſe ultra differri. Quare Ferdinandus, ne obiectam filio

Iterũ Pater ſubſidia comparat.

Iterum ab Aloyſio repellitur.

contumaciam incurreret, in animum induxit, rei perueſtigandæ modum aliquando facere: ſimulque in ſellâ delatus (nam ſecus inualetudo minimè tulit) ad noſtras ædes, quibus a D. Fideli cognomen, properat: ubi certum quendam ex Patribus præclari in eâ vrbe nominis in abditam domus partem acciri iubet, eumque datâ dexterâ amicè comprehenſum per Deum immortalem orat, obteſtaturque, ut ſi quid opis conſilijque in ipſo eſſet, nequaquam afferre omitteret. Docet deinde ſeſe eò diſcriminis, veniſſe, ut ex liberis natu maximum, & qui primus omnes occupaſſet amores, brevi debeat, niſi occurratur, amittere: plura tentaſſe, ſucceſſiſſe nihil: ad extremum in id animũ obfirmaſſe ſuum, ut prudentis viri iudicio, arbitrioque rem totã committeret: eò ad ipsum, cui benè perſpectam ſuam cum Filio controverſiam intelligeret, quemque ſine offensâ, ac ſine gratiâ certo ſciret iudicaturum, aduenifſe. Arbitri partes ultrò ab ſe delatas aſſumeret: atque Adoleſcentis animo coram ſe diligenter excuſſo, obiectiſque religioſæ vitæ difficultatibus tentato, ediceret tandem, quid de eius propoſito ſentiret, quæque pro debitâ in filium, magiſque in Deum caritate ſuæ partes eſſent, palam denunciaret: cuncta ſiquidem, quæ ipſe mandaſ-

Ferdinandus rẽ totam cuiuſdam e noſtris arbitrio committit.

daſſet, ſeſe facturum recipere. Annuit Pater, iuſſumque Adoleſcentem adeſſe, multa priùs interrogans, mox continenti oratione religioſæ vitæ ſeveritatem coaceruatis difficultatibus aperiens, horam ipſam cum eo diſputando extraxit: idque tam neruosè, ſeriòque agentis in ſpeciem, ut Aloyſium eâ veluti parte minimè ſuſpiciosâ incautum haud irritis ictibus non ſemel pulſaverit. Hærebat enim nonnunquam ingenuus Adoleſcens, cum videlicet argumenta quædam acrius vibrata cerneret, quibus ceteroqui per ſe haud inualidis multum acuminis ac roboris præclara viri exiſtimatio adiungebat. Verùm præſenti ſemper animo uſus haud paruâ eloquentiæ vi, quà rationibus, quà ſacrarum litterarum authoritate fultus ab eo certamine, ipſo Aduerſario iudice, victor diſceſſit. Siquidem Vir optimus, Adoleſcentis ingenium, & conſtantiam demiratus, ſeſe eius rationibus devictum palàm profeſſus eſt, eique author fuit, uti propoſitum urgeret, non dubius quin è Divini Numinis afflatu proficiſceretur. Idemque pro libero ſibi arbitrio permiſſo Ferdinando Principi retulit. His recreatus Aloyſius maximas illi gratias egit, quod Aduerſarij munus non animum induiſſet, ut

Hic Aloyſiũ per intẽgram horã examinat.

Devictũ ſe profitetur, & ſuam in Sententiã Ferd: adducit.

eſſet, qui vinceretur, ac triumphum devictus honeſtaret.

Exinde verò Ferdinandus certior factus, filij voluntatem cum Divinâ congruere, eoque loco rem eſſe, ut optio detur, utrum perdere malit, Deum an filium; huius qualemcumque iacturam, ingenti olim fænore penſandam, illi æternùm duraturæ, præferendam cenſuit. Quare hominis prudentiâ collaudatâ, actiſque gratijs pollicitus eſt, ſeſe brevi copiam filio religioſæ vitæ ineundæ daturum: Inde unà cum eo è noſtrâ domo profectus ſuas in ædes redijt: ubi levioris cuiuſdam negotij procuratione Aloyſio relictâ, datoque in mandatis, ut cum primùm ſe explicaſſet, in Patriam remigraret, Caſtilionem paucis poſt diebus repetijt.

Parenti Aloys. haud fidens fugam cogitat.

Interim Adoleſcens, cum ex Parentis inconſtantiâ, cuius nuper inſigne documentum habuerat, ſpem ſuam eius pollicitationibus minimè credendam duceret; antequam ex Mediolanenſi Vrbe cederet, litteras ad Claudium Aquavivam, penes quem ſumma tunc in Societate imperij erat, dedit, quibus accuratè monitum de omnibus difficultatibus, quas hactenus exorbuerat, conſulit tandem, quid factu ſibi opus putet, ſi Pater iterum ad ingenium redeat, ſibique aditum ad Societatem denuò in-

intercludat: liceatne clandeſtinam fugam moliri, eâque ſeſe in aliquam noſtrorum ſedem,eo inſcio atque inconſulto recipere. Claudius reſcripſit, id minimè audendum, propterea quia complura inde, eademque graviſſima incommoda cum ipſi,tum Societati univerſæ ſuboriri poſſint. Fugam ac præproperam celeritatem ſæpius ſibi ipſi obſiſtere, eaſque moras repentinis lapſibus creare, quas parat abrumpere. Omni viâ ac ratione curandum,ut Parentis voluntas accedat; idque etiam ut citra importunitatem fiat, rogando, monendo pulſando, & quidem non tam frequenter, quàm in loco: propterea quia feroces, ac ferrei quidam animi nimiâ pulſatione haud fatiſcunt, ſed durantur magis, obſtinanturque. Audijt Aloyſius, fugæque conſilio dimiſſo, poſt confectum,quod Pater imperaverat, negotium, Caſtilionem verſùs contendit. Quò tamen antequam veniret, Mantuam deflectere viſum eſt, ut ibi apud Patres Societatis Ieſu ſacris D. Patris Ignatij commentationibus aliquot dies animum exerceret, itàque vires repararet ad pugnam, & paternas machinas ſilentio meditatas, ictuſque proviſos faciliùs eluderet.

Sed Claud. Acquaviva diſſuadet.

Expectabantur propediem ad eam urbem Regij Iaponum Legati, qui ab extremo oriente

te

Digitized by Google

In aductu Iaponũ Legatorũ ad Sacras cõmentationes ſeceſſit.

te Romam profecti, ut Reges, ac populare ſuos Chriſtiano ritu initiatos Maximi Pontificis imperio ſubmitterent, legatione obitâ reduces iam in patriàm erant. Ingentes undique populorum concurſus, quàcumque pergerent, ad novos homines, & vix creditos Antipodas oculis cernendos fieri: cumque civitates omnes, per quas iter haberent, certatim honoribus, quibus maximis poſſent, illos proſequerentur; Guillielmus Dux unà cum Vincentio filio magnifico, ac regio planè apparatu, eos in Vrbem ſuam præſtolabantur. Id temporis Aloyſius ſecedendi, ac Deum a turbâ relictum alloquendi aptiſſimum ratus, ſpectaculis, ac celebritate dimiſsâ, ſalutares animi exercitationes adoriri voluit: proinde cubiculum peranguſtum ingreſſus, quòd præter ſe, Deumque ſuum vix aliud caperet, binas hebdomades, vel eò amplius unà cum Deo pari coniunctione & iucunditate tranſegit. Iis porrò animi delicijs, quibus in eo ſeceſſu cumulatè affluxit, locum fecit omni terrenâ voluptate ſubmotâ: quippe tantâ ſeveritate per eos dies vitam exegit, præſertim quod ad cibum potumque attinet, ut qui ei inſerviebant, ſatis ſe mirari poſſe negarent, iuvenem in floridâ ferviddâque ætate tenuiſſimo ac propè nullo cibatu tam multos dies fuiſſe ſuperſtitem.

Cæleſtibus delicijs terrenarũ vacuitate locũ facit.

Hic

Hic cum exhibitas a Patribus univerſas noſtri Ordinis leges mirâ aviditate percurriſſet; nullâ ſeſe illarum arduitate territum dixit: quin omnia probari, ac voluptati eſſe: quod ceteris argumentum fuit, illi iugum Euangelicæ excellentiæ iam ſupergreſſo ardua ac prærupta, quæque infra videri: proinde ſpectaculum deſpectanti, inſultantique periucundum, non laborem ſuſpicienti, & conaturo exhibere. Hic pariter anteactæ vitæ labes ſacrâ confeſſione iterum expiare libuit: quo illud perfecit, ut nouū ſuæ integritatis teſtem ſibi paraverit locupletiſſimum: ex eo enim, qui tunc confitenti operam dedit: plane didicimus (quod & ceteri deinde, qui eum totam ætatem piâ exomologeſi evoluentem audiere affirmarunt, præcipuas Aloyſij laudes, maximas, quas ipſe diceret, defleretque labes fuiſſe: ſiquidem tam exiguæ ac tenues illæ erant, ut ceterorum oculos fallerent, proprios tamen ipsâ tenuitate ferirent magis: pudebat ſiquidem, urebatque tam exiguis vinci, atque a ſummâ Numinis coniunctione diſtineri. Inde autem lamenta, & lacrymæ, quarum eſt caritatis definire menſuram, ac veluti thermometron referre: quantum ſiquidem lacrymarum ob dilecti offenſionem prodit, tantundem incaluiſſe dilectio deprehenditur.

Regulas Soc: legit, probatq;

Vitæ labes iterum generali cōfeſſione expiat.

Lacrymæ inſtar thermometri caritatem metiūtur

C A.

CAPVT XVII.

Caſtilionem revertitur, Patriſque animum iterum obnitentem expugnat.

His animi exercitationibus inſtructus, relicto Mantuano ſeceſſu, Caſtilionem venit: ubi Patrem impetum quodammodo expectantem non ſtatim aggreditur, feliciùs poſtea ſecurum, atque imparatum aggreſſurus. Interea id unicè operam dabat, ut popularibus ſuis eum ſeſe præberet, unde virtutis omnis exempla univerſis petere fas eſſet. Domo egreſſus oculos ſingulari verecundiâ humi defixos perpetuò gerebat, præterquam cum obuios ſalutantes haberet, quos ore ſublato, benignè intuitus reſalutabat: eâque in re tantâ erat comitate, ac facilitate, ut, ne quem inſalutatum præteriret, nudato capite continenter incederet. Cum ſacras Ædes ingrederetur, repudiato ſcabello holoſericis tapetibus, ac puluillis inſtrato (quod tamen Rodulphus natu minor minimè dedignabatur) humi utroque genu demiſſo diutiſſimè orabat. Veſpertinis Eccleſiæ pſalmis aberat

Omnium virtutum exempla præbet.

Salutationis cauſa nudato capite incedit.

rat

rat ferè nunquam, ſemper autem genibus nixus, ſummâque cum animi attentione. Feſtis verò diebus, cum ſacrâ Euchariſtiâ eſſet refectus, tandiu gratijs Deo agendis inſiſtebat, ut Rodulphus moræ pertæſus deambulatum exire ſolitus eſſet: mox reverſus, orantemque adhuc nactus excitabat, atque unà ſecum deducebat domum. Hic ſolitudinem ac ſilentium uſque adeo ſeverè cuſtodivit, ut ſæpè dies compiures nullo verbo cum hominibus facto tranſegerit, ſolâ Numinis conſuetudine abundè contentus. Quod ipſemet, cum inter noſtros degeret, confirmare ſolebat, illud adijciens, ſeſe plura verba unico die poſt initam Societatem loquutū, quàm plurium antea menſium interuallo protulerit: ſic prorſus, ut ſi fortè patriam aliquādo repeteret, antiqua illi conſuetudo revocanda ad tempus eſſet, ne cum multorum offenſione ſeveritatem in Societate noſtrâ laxaſſe videretur. Ceterùm apud nos tantâ ſolertiâ ſilentium tuebatur, ut niſi Rectorum iuſſu remiſſionis gratiâ rumpere cogeretur, perpetuò teneret.

Sæpè dies plures ſilētio tranſigit.

Ad hæc cruciatus ſpontè ſuſcepti maiora in dies, quàm pro viribus, incrementa ceperant: unde ſpiritu defectis, eneruatiſque nimiâ gracilitate artubus, ſtare vix poterat. Quâ in re mo-

In ſui caſtigatione an modū excesſerit.

modum exceſſiſſe facilè ſibi quiſque perſuaſerit, niſi illud diligenter animaduertat, immoderatum eiuſmodi pœnarum uſum eorum tantummodò eſſe, qui modum in ceteris omnibus accuratè adhibent, exceſſuri in reliquis, niſi in pœnis cohibentibus excederent. Quare immoderata ſui caſtigatio, ea demum optima ſui moderatio eſt. Hinc verò Martha Aloyſij parens novum ſibi telum paravit, quo filij partes contra Patris obfirmatam voluntatem tueretur. Coniugi enim apertè ſignificavit, communem filium citò morte perditum iri, niſi Chriſti vocantis manibus cuſtodiendus traderetur: haud enim diù vivere poſſe, quem tot cruciatus quotidie ad mortem impellerent: nec remedio locum videri alium, niſi Adoleſcens Religioſi alicuius Præſidis, Dei exhibentis vices, imperium ſubeat: tunc enim haud ægrè flagella e manibus dimiſſurum, quando unius Dei promerendi causâ ſuſcepta, ipſi Deo minimè probari, Præſide interprete, cognoſceret. Conſilium probavit eventus: ſiquidem Aloyſius ipſe iam factus voti compos, ſibi uſu compertum narrabat, Religioſam diſciplinam prudenti Moderatorum arbitrio temperatam corpori iuxta, animoque ſalutarem eſſe: nam, ut animus eternâ ſalute cumulate donetur, illi vitam præſen-

Optima ſui moderatio, immoderata caſtigatio eſt.

Religioſa diſciplina corpori, animoque ſalutaris.

ſentem futuræ ſegetem quàm longiſſimè proferre ſtudet.

Fratres natu minores Catheheſim docet.

Præterea, ſi quod tempus ei vacuum ſupereſſet, id totum in fratres natu minores adhuc paruulos Chriſtianâ Catecheſi imbuendos cõferebat: utque ea, quæ auribus acceperant, animo penitus inſiderent; ſubinde memoriter reddere iuſſos dulci aliquo obſonio recreabat: eo ſcilicet condimento ediſcendi aſperitatem prudenter mitigans. Franciſcus inter eos præ reliquis omnibus carus Aloyſio erat, ut quem ingenio facili, acrique ſupra ætatem iudicio eſſe intelligeret, quemque olim familiæ columen fore, animo iam tum præſagiret: quod & Matri aliquando, ut ipſa teſtatum reliquit, disertè prænunciavit: idque vaticinium tunc demum fidē accepit, cũ Franciſcus poſt Rodulphi exceſſum rerum potitus domeſticam Fortunam ſummis calamitatibus dudum afflictam, iacentemque mirâ ingenij dexteritate in priſtinam dignitatem reſtituit. Alia præterea vaticinatum Aloyſium nondum Societati tranſcriptum, in que paternâ domo adhuc hærentem author eſt idem ille Petrus Franciſcus Turcius, quem alibi moribus eius præfectum diximus. Vnde perſpicuum fit, haud vulgarem illi cum Deo amicitiæ coniunctioniſque neceſſitudinem fuiſſe, quan-

Alo: puer plura vaticinatus fertur.

quãdo eventuũ futuroru arcana ſibi uni cognita cum illo tam amicè cõmunicaret. Haud enim mortalium quiſquam ad futura divinanda provehi conſuevit, quem ad ſummam cum Deo familiaritatem divini mores necdum provexerint: ſic ut nemo antea Divinus (uti vox ipſa petit) præſagiendo audiat, quàm audierit vivendo.

Veniã promiſsã exigit, ſed reijcitur.

Inter hæc Aloyſius, aliquot diebus a ſuo reditu in patriã elapſis, Patrem alia omnia tunc agitantem adit, monetque ſeriò, aduenisse iam tempus dandi veniam Societatis ineundæ, quam nuper Mediolani ſe daturum receperat. Quo audito Ferdinandus, contractâ eveſtigio fronte, reſpondet indignabundus, ſe nunquam eiuſmodi veniam pollicitum, nec daturum prætere a, antequam quintum & vigeſimum annum attingat: quo nimirum tempore & mens ad conſilium matureſcat, & vires ad opus. Aloyſius eo præter ſpem, atque opinionem reſponſo perculſus ad preces, inermium tela, confugit, iiſque diu a Patre contendit, datam ut ſibi fidem ne falleret, neu ſe ſuâ ſpe fruſtratum abire pateretur. Preces lacrymæ ſubſequutæ abrupere, atque earum implevere vices. Verùm paternus amor eo veluti imbre creſcebat, atque ad retinendum quem tam honeſtę lacrymæ decorabant, roborabatur. Quare hâc ſuper

per re multis verbis ultro citroque habitis ad extremum liberâ voce Aloyſius Patri denunciavit, illud pro certo haberet, fore nunquam, ut animum induceret, Divinæ gratiæ, quò paternam iniret, nuntium remittere. Si tandem ſuæ, ac Numinis voluntati obſiſtere animus eſſet; priùs ſe ad Patres Societatis conuolaturũ; deinde ijs admittere recuſantibus, peregrè a patriâ, quod reliquum eſſet ætatis, perpetuò futurum, ne contra, ac Divinæ voluntati libitum eſſet, in paternâ domo reſiſteret. Tum inde ſeſe ſubducens, conqueri ſecum ipſe cepit, nimis aduerſam eam quoque ſibi fuiſſe Fortunam, quæ alijs proſpera diceretur: propterea quia, cum tam honeſto loco, primoque inter fratres natus eſſet, eò ad familiæ ſarcinas cuſtodiendas, atque ad ignoti heredis procuratorem præſtandum miſerè ſe damnatum cerneret: cum tamen, quibus humilior eſſet origo, res nulla moram inferret, quò minùs ad meliorem ſibi ſortem inter religioſos cætus quærendam aditum compararent.

Liberè Patri denunciat, ſe, eo inuito, abiturum.

De ſua ſecum nobilitate conqueritur.

Igitur cum ſe diutius duci, ac ſua omnia ſtudia apud Patrem fruſtra eſſe intellexit; aliâ viâ ad eius voluntatem expugnandam graſſari decrevit: nimirum Divinam ſibi conciliando, cui reliquæ omnes, ſummâ licèt cum libertate,

ſemper inſeruiunt. Ergo ultra morem modũque Divinæ caritatis æſtu feruens verbera, ieiunia, vigilias, ceteroſque corporis cruciatus inſtaurat, ijſque munitus quaternas aliquando, vel quinas horas Dei, Superùmque auribus pulſandis exigit: nec unquam Divino in Epulo accumbit, quin impensè precibus Æterni Numinis clementiam ſollicitet, uti durum Parentis pectus emolliat. Cumque diutius aliquando preces traheret, arcano ſermone ſibi Deum loquentem, urgentemque audit, ut ſeſe Parenti, tunc podagræ doloribus affecto, iacentique iterum ſiſtat, atque ab illo abeundi copiam denuò expoſcat. Paret Aloyſius, rectàque ad Parentem profectus his verbis divino ſpiritu inſtinctus alloquitur: Pater, me quidem tuæ ſubiectum eſſe poteſtati haud inficior, nec imperium detrecto: de me propterea, ut animus feret, decerne: attamen illud ſic habeto, me a rerum omnium Domino ad eius Filij Societatem haud dubiè vocari: ſi mihi obfirmatè repugnas cum ſummo, ac Præpotenti Deo tibi rem fore intellige. Hæc ubi dixit, reſponſum nullum moratus, eveſtigiò ſeſe e conclavi auferens Parentem acri vulnere ſauciatum reliquit. Pater interea dum filij verba ſecum ipſe mærens retractat, eaque ſubeunt, quæ hactenus molitus erat,

4. Vel 5. horas precibus dat, ut veniam impetret.

Divino ſpiritu inſtinctus Patrē adit, flectit que.

Ferd. ſuâ orbitatem magnis lamētis proſequitur.

erat, ut Natum a propoſito dimoveret, ingenti Divinæ ultionis metu corripi cæpit: dumque propterea ad permittendam ei poteſtatem animum adijcit, tantus eum mæror inuaſit, quod tam iucundâ ſuaviſſimi filij conſuetudine carere in perpetuum deberet; ut ad parietem verſus obortis lacrymis cæperit ſuâ orbitatem lamentabili gemitu, atque ejulatu conqueri: idque voce tam altâ, ut domeſtici omnes exciti ad eũ frequentes accurrerent, quid novitatis evenerit, quæritantes. Compreſſo deinde pauliſper fletu Aloyſium ad ſe venire iuſſum ita dicitur alloqutus. Fili, quem pro eo ac debui, ſemper, ut me ipſe dilexi: & in quo mea omnia ſtudia, ſpeſque familiæ univerſas dudum locaram; graviter enim verò hodie cor meum verbis illis ſauciaſti. Quidlibet mihi dictum, quidlibet illatum malim. Leniùs certè, præ te, hanc ipsã vitam perdiderim, quam tot morbis devexam ſola tuæ indolis expectatio hactenus ſuſpenderat. Iam nihil in eâ me detinet: nullumque ſolatium fore video, præter unam, te abeunte, certiſſimam illius brevitatem. At, quando a Superis, uti affirmas, aliò vocaris; ultra morari non libet. Par eſt nos reddere Numini, quæ ab ipſo pignora accepimus. Satis diù cõtumax fui: haud equidem diffiteor. Prior re-

ferre debui gratus pro uſu, non indignari repoſcentem. Verùm contumaciæ ex immodicâ tui benevolentiâ profectæ ſpero gratiam ab eo nõ defuturam, qui, te tot beneficijs exornando ſuum in te amorem, eoque amore te nobis plurimùm commendavit. Vade Nate, & ſectare Deum potiorem Patrem ad potiora vocantem. Tantùm ut ea res tibi fauſtè, feliciterque eveniat, ac me etiam (ſi quid precibus apud ſuperos vales) ut in conſortium felicitatis aliquando aſſumas, oro, obteſtorque. Quæ verba tanto cum animi dolore edidit, ut protinus ſuſpenſæ, cohibitæque lacrymæ magno cum impetu profluerent, nec ulli deinde ab amicis, ſeu domeſticis ſolatio locum faceret. Aloyſius, ne doloris ſenſum ſuâ præſentiâ cumularet, paucis gratias agens ſe in proprium conclave retulit: ubi ſtatim ſeſe in genua recipiens, ſublatis in Cælum oculis, paſſiſque manibus mirificas Deo O. M. gratias egit, quòd ſingulari erga ſe benevolentiâ id egerit, ut ſuam cum Patre controverſiam, cum maximè deſperatam crederet, tranſactam intueretur. Exinde verò tantâ tẽporis momento lætitiâ exilire cepit, quanto, plurium annorum interuallo, mærore antea, luctuque contabuerat.

CA-

CAPVT XVIII.

Caſtilionenſium dolor de Aloſij diſceſſu, eiuſque abdicatio Mantuæ ſtipulata.

VIxdum Aloyſius veniam tot precibus expetitam exoraverat,cũ ſtatim rei fama in vulgus emanans oppidanorum omniũ animos gravi mærore complevit,quem etiam cõplures haud obſcurè fuſis lacrymis ſignificarunt. Toto eo tempore,quo Caſtilione adhuc ſubſtitit, ſi quãdo per vias illi incedere contingeret, undique ad eum ex cunctis ædibus omnis Ordinis ætatiſque homines effundebantur,quò illum viſerent, ac ſalute impertirent : prætereuntem verò non modo omni honoris, ac benevolentiæ ſignificatione, verùm etiam copioſo fletu proſequebantur, ſic ut etiam ſanctum Adoleſcentem mutuas dare lacrymas vel inuitum cogerent. Summis univerſi laudibus ad Cælum, velut inde planè delapſum, efferebant: iactabantque palàm, eum ſibi a Numine duntaxat oſtenſum, nec ultra permiſſum, ut ſuorum criminum,quibus tam ingenti bono privari commeruerant,

Alo: mutuas dare lacrymas cogitur.

admonerentur. Nonnulli, quibuſcum maior illi familiaritas interceſſerat, fidenter ex eo quæritabant, quid ita populos uſque adeo ſui obſeruantes, cupidoſque, cum maximè ut inſignia iuraque imperij capeſſeret, expectarent, tunc eveſtigiò deſereret. Quibus Aloyſius, alia imperia, alias coronas mente ſeſe agitare ait: quarum collatione coronæ, clamideſque noſtræ comicorum veſtimenta eſſent, paulò fortaſſe, ſerius, ſed fortaſſe etiam ociùs, quàm comici ſoleant, exuenda. Non perdere imperij iura, ſed perpetuare, fineſque in immenſum, æternumque proferre, ſeu potiùs auferre, in animo eſſe. Idem etiam ipſos dare operam oportere, ne fluxæ, fucatæque iucunditatis amore ſolidam, ac ſempiternam felicitatem perditum irent.

Miro deſiderio tenebatur, relictâ quamprimùm patriâ, ad Societatem conuolandi: verùm aliquot ampliùs dies ibi ſubſiſtere compulſus eſt, tum uti Matrem ex agro Taurino, ubi tunc diverſabatur, brevi reducem expectaret; tum etiam ut ad exitum abdicationis ſtipulatio perduceretur: cui nimirum Cæſar propinquos omnes è familiâ Gonzagâ, quibus ea hereditas obuenire aliquando poſſet; adeſſe iuſſerat. Quia tamen horum plerique ſedes ſuas, ac domicilia

lia Mantuæ obtinebant; nè illis Ferdinandus incommodaret, in eam urbem, licèt adhuc pedibus æger, ſeſe conferre maluit, ſuoque unius ceterorum incommoda redimere. Itaque cum ambo a rebus omnibus, quæ itineri uſui eſſent, parati iam in rhedâ ſederēt; iſſetque per oppidum, Aloyſium Principem conſcendiſſe ampliùs non reverſurum; ſtatim oppidani omnes iterum ad eum accurrere, rhedæ confertim affundi, cum domeſticis plorantibus miſcere lacrymas, mutuâque prædicatione ciere. Mox proximis a diſceſſu diebus aliud nihil in ore omnium verſabatur, præter eximiam ſui Principis ſanctitatem, ſummamque in omni genere laudis præſtantiam: nec defuere qui futuros honores præſenti cum dignitate commēſi, illum in ſanctorum numerum ſolemni ritu olim relatum iri, haud dubitanter vaticinarentur. Mantuam contendit magno ſui deſiderio Populari-bus relicto.

Poſtquam Mantuam aduenit, unum, & alterum menſem ibi morari neceſſe habuit: quo tempore ita aſſiduus cum noſtris erat, ut maximam dierum partem vel cum Patribus multiplici ſermone traheret, vel in eorum Templo conſueta pietatis officia obiret. Cum autē totâ urbe brevi increbuiſſet, quò aduentus ille ſpectaret; primò ſumma rerum æternarum in-

ſcios admiratio cepit, quòd tam ſecundam florentemque Fortunam votis omnibus a ceteris accerſitam tantâ conſtantiâ repudiaret; idque vernante adoleſcentiæ flore, cui proniùs Fortuna indulget, & largitur effuſiùs: mox veneratio ſucceſſit, viſendique, atque alloquendi cupiditas, ut ſanctis, quos de Divinis rebus habebat, ſermonibus, ad pietatis amorem incenderentur: quod ſibi uſuvenire, cum illum alloquerentur, multi paſſim iactabant. Porrò tam diuturnæ apud Mantuanam Vrbem commorationis illud in causâ fuit, quod cum Ferdinandus a noſtri Collegij Rectore didiciſſet, nefas eſſe cuipiam ex noſtris in reditus, aut penſiones ullas ius atque arbitrium habere; expunctam voluit a tabulis abdicationis particulam illam, ubi quadringentorum aureorum in ſingulos annos vectigal, ſicut antea memoravimus, ei conſtitueretur. Verùm cum tabulæ eâ conditione appoſitâ Cæſaris authoritate cōſcriptæ eſſent; meritò nonnulli ex peritioribus cauſſidicis dubitarunt, an illâ ſublatâ omnis tabularum firmitas, ac robur corrueret. Igitur ea dùm res in utramque partem diſputatur, permultum temporis abijt, cui finem tandem cum Patris tenacitas, tum æqualis Filij largitas, collatâ veluti operâ, impoſuerunt. Siquidem

Mãtuanæ commorationis cauſa.

Aloy-

Aloyſius Ferdinando iura omnia in ſuas utilitates trahenti, ultro litteras confici, quâcumque adiunctâ cautione, permiſit. Hæ verò litteræ dum publicè in frequenti cognatorum Principum coronâ recitantur, toto tempore, quod nequaquam exiguum fuit, lacrymis Ferdinandus, lætitiâ non minori Aloyſius perfundebatur: ſic ut Proſper Gonzaga vir ampliſſimus, qui tunc interfuit, negaverit, ſe unquam illum hilariori animo, vultuque vidiſſe: tametſi paulò ante, quàm id negotij tranſigeretur, non defuere qui partim ſerijs, partim iocoſis verbis, labefactandæ pietati ſæpè aptioribus, ſtimulos ei ad retinendum imperium ſubderent, atque a decretâ abdicatione revocare, pro viribus conarentur.

Dū litteræ abdicationis recitātur lacrymis Ferd. gaudio Aloys. perfunditur.

Stipulatione tamen nihilò ſegniùs peractâ, Aloyſius ſeſe in cubiculum recepit: ibique in genua ſubſidens dignas Æterno Numini grates perſoluit; quòd ſe tandem, diruptis catenis illis, quæ ſpecioſo torquis vocabulo Principes captivos habent, in ſuorum filiorum libertatem aliquando aſſeruerit: eamque gratiarum actionem ampliùs integram horam extraxit. Illud verò in hâc re, quod admirationis non parum habet, perpendere unumquemque velim, haud ſine Providentiæ ſingulari conſilio factum, ut Fer-

Grates Deo per integrā horā perſoluit.

Divinæ Provid. in Patre obdurando

Ferdinandus Parens erga ceteros plus nimio effuſus, aduerſus filium hoc in loco tantâ tenacitate obriguerit, ut propè nudum domo dimiſerit. Licèt enim facilis ceteroqui, ac planè cereus in liberos eſſet, obduratum tamen Divina Providentia maluit (ſubducto ſuæ gratiæ, & caritatis ardore, quo nimirum pacto cera ipſa ſubtracto igne duratur) ut nulla Adoleſcentem ad antiquum profanumque vivendi morem domeſtica illecebra revocaret. Optimum ſiquidem cenſetur belli conſilium, militibus in aciem prodeuntibus equos, & currus ad fugam adimere: quin & milite armato vias a tergo intercludere, qui fugientes diſtrictis gladijs excipiat: quò ſcilicet nullum in fugâ ſalutis præſidium, ſed totum in virtute, armiſque poſitum conſpicati maiore vi, atque impetu in hoſtes incumbant, irruantque. Ita cum Aloyſio peractum, cui ſpes, atque illicium reverſionis paternâ illâ ruſticitate ademptum magno ad initam pugnam conficiendam incitamento fuit.

Cordis obduratio in ſcripturis ut fieri a Deo poſſit

Interea ſibi faciendam nemine conſcio locaverat Adoleſcens atram noſtrorum in morem, talaremque tunicam, eaque tunc producta a certo noſtri Ordinis homine, uti ſanctè conſecraretur, obtinuit: mox veſtibus omnibus profanis,

ſanis, ne induſio quidem relicto, poſitis, ſacra ſibi veſtimenta induit: eòque cultu cœnaculum ingreſſus, ubi memorati Principes ad conuiviũ conuenerant, omnium in ſe oculos primò, deinde lacrymas evocavit: Ferdinandi præſertim Parentis, qui per omne conuivij tempus, nunquam ſibi, ut maximè vellet, temperare valuit, quo minùs ubertim lacrymaretur. Vnus ex omnibus Aloyſius gaudium, & lætitiam agitabat: qui etiam, ubi accubuit, de magnis lædendi Numinis periculis, aulas Principum inſidentibus, deque fluxarum rerum inanitate, vacuiſque nominibus tantâ authoritate Divino afflatus Spiritu diſſerere cæpit; ut cõvivæ miſſis epulis illi auſcultando vacarent. Eius verò orationis memoria conſequutis etiam, ſeriſque temporibus complurium ſermonibus, ac mentibus adhuc hærebat: paſſimque iactabatur, Deum illam non hominem habuiſſe authorẽ: inde autem S. Adoleſcenti laudis plurimum accedebat, unde detrahi videbatur: nam collatâ in Deum eius orationis authoritate, detractio par fuit ſummæ illi Herodianæ aſſentationi, quâ populus Regi ad concionem dicenti acclamavit: *Dei voces, & non hominis*.

Noſtrorũ more indutus in conuiviũ procedit.

Magna authoritate cõuivas ad pietatem hortatur.

Act.12.22

CA-

CAPVT XIX.

Mantua relicta Romam properat.

Eiuſmodi exemplis, ac veluti calcati Orbis veſtigijs Mantuæ relictis, pridie Nonas Novembris Romã versùs iter inſtituit. Antequam tamen viæ ſeſe cõmitteret, cognatos Principes, ac præſertim Mantuanorum Duces, alioſque notos complures valere iuſſit: hos inter præcipui fuere uterque Parens, quorum cum ſe ad pedes abieciſſet, rogavit ſupplex, uti mox diſceſſuro, deſcriptâ in fronte Cruce, incolumitatem precarentur. Id officiũ dũ Pater exequitur, quantas lacrymas dederit, proclivius cuique ſit propriâ æſtimatione, quàm alterius relatu conſequi. Parciùs dolori Mater indulſit, quæ tametſi Matrem teſtari omittere non valuit, ſpe tamen æternorum vitæ huius deſideria haud mediocriter ſolabatur. Poſt hæc cum propinquis omnibus lacrymas in digreſſu iterantibus, mirâ frontis ſerenitate Aloyſius valedixiſſet, iter magnâ famu-

Ad parentum pedes procũbit, ut diſceſſuro bene precentur.

lorum

Digitized by Google

lorum cateruâ ſtipatus, Deo benè iuuante, ingreſſus eſt. Aderat in comitatu etiam Rodulphus frater natu minor, qui eum ad Padum uſque fluvium cum rhedâ proſecutus eſt: inde enim conſcensâ navi Ferrariam ſecundo flumine perrexere: eo autem abeunte, cum quidam ex vectoribus Aloyſio diceret; credere ſe pergratum accidiſſe Rodulpho, in eius imperium ſucceſſiſſe; at non æquè, inquit, puto, ac mihi fuerit deceſſiſſe. Illud enim altè præclaro Iuveni hærebat, honores, quos Itali ſcitè onera nuncupant, ad inferorum ſedes, ubi onerum centrum, perpetuò ſui baiulos urgere: quare Sapienti longè iucundiùs deponendos eſſe, quàm ſuſcipiendos.

Ferrariâ, poſtquam Alphonſum Eſtenſem Ducem, eiuſque coniugem Margaritam Gonzagam gentilem ſuam ſalutaſſet, Bononiam versùs profectus eſt. Inde Florentiam Magnũ Hetruriæ Ducem inuiſurus, ac poſtea Lauretũ cogitabat: verùm propter acres cuſtodias, quibus eius provinciæ fines peſtilentiæ metu interclusi erant, inchoatum in Hetruriam iter Lauretum versùs inflectere viâ proximâ, & compendiariâ compulſus eſt, Eò cum veniſſet, vix credibile eſt, quàm benigno, ut ita dicam, vultu, amplexuque, quantis animi delicijs amantiſ-

ſima

ſima eum Dei Mater exceperit. Vt primùm potuit, rectà ad Sacram eius Ædem contendit, ubi in preces effuſus quinis, ſeniſue Myſtis ſacra deinceps facientibus coram adeſſe voluit: mox cæleſti Dape ſummâ cum animi iucunditate refectus, dum inter grates agendas ſecum reputat, ſingulare illud beneficium, quo ſibi genus humanum eo in loco Divina clementia olim obſtrinxerat; ingens eum tantæ rei admiratione ſtupor defixit: quem deinde vehemens caritatis ardor ſubſequutus oculos ad uberrimos fletus concitavit. Quia autem amanti nihil æquè iucundum, quàm lacrymas ſui amoris teſtes proferre, longiſſimas ibi moras trahebat, ac planè iniquo animo inde abduci vel ad ſeras epulas patiebatur. Hinc, ut expeditior illi ad Virginis ſacrarium eſſet acceſſus, ibique diem totum orando, ac meditando agere, nullo interpellante, liceret; Societatis Ieſu in eâ Vrbe Rectori hoſpitio inuitanti gratias perhumaniter agens in publico Diverſorio cõmorari maluit. A cibo iterum ad Deiparæ conuolavit: ubi cum ſummâ animi attentione penè immotus hæreret, & iam ſatis generis præſtantia, eiuſdemque præſtantior contemptus innotuiſſet, admirabile omnibus iucundumque ſui ſpectaculum exhibuit. Poſtridie eius diei bene mane

Quinis, ſeniſue ſacris cõtinuatis intereſt.

Recuſat hoſpitium Soc. quò liberiùs & diutiùs in templo adſit.

manè ſanctam, auguſtamque Domum repetijt, ubi Angelico Pane inter ſacra denuo recreatus iterum ſe viæ Romam versùs commiſit.

In eo itinere hanc fermè vitæ rationem ſequutus eſt. Mane, ubi ſurrexerat, quartam fere horæ partem divinis rebus commentandis dabat: mox canonicis precibus a Primâ diei horâ ad Nonam uſque cantari ſolitis, una cum Ludovico Cataneo Sacerdote, quẽ rebus omnibus ad Religionem ſpectantibus præfecerat, vacabat: tum conſuetâ viatoribus precatione, quam vulgò itinerarium dicunt, præmiſsâ, equo inſidens iter ingrediebatur. Initio multa paſſuum millia ſeorſum a reliquis pergere: itaque vel mente aliquid de rebus cæleſtibus agitare, vel ſacra Davidis carmina tacito murmure meditari: poſtmodum accerſito Cataneo pijs ſermonibus nonnihil viam levabat, animoque minùs aduertenti quodammodo contrahere conabatur. Cum ad hoſpitium ſub meridiem ventum eſſet, perexiguo refectus cibo, cum eodem Veſpertinas preces, ultimumque earum Complementum Eccleſiaſtico ritu alternis cantabat: deinde in equum inſiliens iterum carpebat viam, quam pariter aſſiduâ rerum cæleſtiũ meditatione oblitus, veluti compendio facto, opinione celeriùs in diverſoria perueniebat. Simul

Vitæ ratio in itinere.

mul autem ex equo deſcenderat, rectâ ad cubiculum properabat, hybernis frigoribus, aſperrimâque tunc tempeſtate, quâ penè obriguerat, fruſtra ad ignem vocantibus. Ibi, foribus occluſis, deprompto Chriſti è Cruce pendentis ſimulacro, quem itineris, laborumque comitẽ ſecum ire perpetuò voluit, binas horas eius pedibus aduolutus orabat: idque tanto mentis feruore, lacrymis ac ſingultibus, ut eos, qui extra erant, ijs vocibus perculſos anteactæ remiſsiùs vitæ tacitè obiurgaret, atque ad meliora in poſterum acueret. Preces excipiebat, dira, diuturnaque verberatio, quâ quotidianæ deſidiæ, ac negligentiæ pœnas dabat. Inde Cataneo adeſſe iuſſo, unà cum ipſo nocturnis Eccleſiæ pſalmis, & matutinis laudibus concinendis vacabat. Mox imperabat cœnam, appoſitâque menſâ diſcumbens, viliſſimo quoque cibo, eòque modico contentus, fame irritatâ potiùs quã placatâ ſurgebat. Statuerat apud ſe etiam in itinere conſueta trium hebdomadis dierũ ieiunia inuiolata ſeruare: ſed Cataneus hiſce rebus Præfectus, omittere omninò voluit, ne vires iam itineris labore attritæ factâ ieiunij accesſione eum in viâ prorſus deficerent. Cui conſilio tunc ille quidem morem geſsit, ſed ſimul ac Romam attigit, priſtinum ieiunandi morẽ in

Binas horas in hoſpitijs ante cænam magno cũ feruore, & lachrymis ſolus orat.

Mox ſe flagello dirè cædit,

Vili & modico cibo reficitur.

in integrum reſtituit. Cœnatus haud ita multò poſt propitiato precibus Numine cubitum ibat: quo tempore nec veſtimenta ſibi a famulis detrahi, nec lectulum calefieri patiebatur. Contigit aliquando, ut cum inſueta tibiarum ex panno tegmina, quę noſtro more geſtabat, minimè valeret exuere; Cataneus opem laturus preſtò eſſet, eoque in officio eius pedes, & crura penè obriguiſſe deprehendens, uti ad ignem propè accederet vehementer hortaretur: ſed planè incaſſum; nam corporis gelu interioris caritatis ardorem, mirâ quâ ſ.. antiperiſtaſi, in animo excitari intelligens (tunc enim caritas minimè in corpus diſpertita animum vehementius torret) frigus calori ad ipſum calefaciendi munus, ſacratiorem Chriſti Philoſophiam edoctus, anteferebat.

Ab igne gelu rigēs abſtinet.

* * *

CAPVT XX.

Romæ Societati tandem adiungitur .

VT ad Vrbem peruenit, ad ædes Scipionis Gõzagæ Patriarchæ Hieroſolymitani, quemadmodum a Parente in mãdatis habuerat, diuertit : a quo perhonorificè hoſpitio receptus, poſt modicam quietem iactationi, ac defatigationi datam, ad Claudium Aquavivam totius Societatis Moderatorem perrexit : cuius obuiam in inferiorem uſque ambulationem, prodeuntis, Aloyſius genibus aduolutus, ſeſe in eius poteſtatem tradidit, ac filium pariter, famulumque tantâ demiſſione profeſſus eſt, ut vix humo erigi pateretur. Mox quoſdam ex Purpuratis Eccleſiæ Patribus, quibus cum Ferdinando parente vetus neceſſitudo erat, ſalutatum abijt : quos inter Aloyſius Eſtenſis, & Alexander Farneſius tantâ humanitate eum accepere, ut ægrè ex eorum manibus, hoſpitio ſecum retinere conantibus, dilaberetur.

Ad Claudij Acqu: pedes ſe abijcit.

Salutationibus Principum peractis, ſeptem præcipua, & celeberrima Vrbis templa, aliaque

loca

loca ſanctiſſimis olim religionibus conſecrata obire ſtatuit: quod dum exequitur, incredibile memoratu eſt, quantâ cum animi attentione, atque ardore tum per viam Divina contemplaretur, tum ipſa ſacra Delubra ingreſſus Numini, Superiſque omnibus, atque in primis Virgini Deiparæ ſupplicaret. Exinde ad Sixti V Pont. Max. Ædes Vaticanas contendit, eo conſilio, ut redditis, quas ad eum perferebat, paternis litteris, nonniſi Pontificiâ auguratione, votiſque munitus ad religioſa caſtra properaret. Pontifex admiſſo ad ſe Adoleſcente, permiſſoque de more pedis oſculo, multa eum de ineundæ vitæ conſilio interrogat: ad quæ omnia cum paratum, meditatumque reſpondere intellexiſſet, magnitudine animi multis verbis collaudatâ, ut, quò ceperat, porrò pergeret, hortatus eſt: ſignoque ſanctæ Crucis munito abeundi poteſtatem fecit. Die inſequenti hebdomadis primo, in ſacello Divis Abundio, & Abundantio Martyribus ſub arâ maximâ Templi Farneſiani Soc. Ieſu dicato, rei Divinæ interfuit: ubi cum Sacer Myſtes auguſtiſſimum Chriſti Corpus populo oſtentaret, lacrymas de more fudit quamplurimas: iiſque madidus (quæ ipſi ad ſacram Cœnam lavatio erat) ſub ſacrificij finem Cibo paſtus eſt Euchariſtico: quod aſtan-

Pōt. Max. adit.

Lachrymis ante Euch. cœnam ſe abluit.

aſtantibus cunctis, ac præſertim Scipionis Gõzagæ famulis, qui id ſæpiùs obſeruarant, magno ad Chriſtianam pietatem, atque ad Euchariſticæ Dapis reverentiam incitamento fuit. Tum gratijs ritè peractis, Præſidis Claudij inuitatu, unà cum Scipione Gonzaga,& reliquis eius Domus Patribus, in communi triclinio accubuit. Inde ad locum, in quem Noſtri poſt epulas conueniunt, diſceſſum: ubi maximam cunctis admirationem effecit, ut prudentia Iuvenis præcox, canaque flavo ſub capillo mẽs; ita verba nulla prolata, niſi quæ prudentia ipſa præiret: mores præterea ex feſtinatà maturitate, veluti fructus è florenti adhuc plantâ, gratiſſimi.

Tyrociniũ init die feſto S. Catharinæ V. & M.

Tandem ſeptimo Kal. Decembris, quo die D. Catharinæ Virg. & Mart. ſolemnis gratulatio eſt, Aloyſius undeviceſimum ætatis annum agens, tyrocinij domum, cui ab Apoſtolo Andreâ nomen, cunctis familiaribus ſuis cũ Antiſtite Gonzagâ comitantibus, omnibus planè lætitijs incedens ingreſſus eſt. In veſtibulo autem ædium, cum paululùm reſtitiſſet, conuerſus ad ſuos paucis, ſed exempli efficacitate vibratis verbis hortatus eſt, ut ſuæ quiſque ſaluti conſuleret. Cumque alia alijs mandata daret, Cataneo Sacerdoti commiſit, ut Ferdinando

nando Parenti ſuis verbis ſalutato hæc dicta renunciaret. *Obliviſcere populum tuum, & domum patris tui*: haud obſcurè ſignificans, id conſilij ſibi in poſterum cordi futurum, mentemque ſuam popularibus omnibus, ac domeſticis vacuam uni Deo, collegam indignanti, ſedem exhibiturum. His dictis famulos, comiteſque omnes tanti Principis iacturâ graviter affectos, comploranteſque dimiſit.

Quid Patri renunciari mandet.

Pſ. 44.

Tyronibus per id tempus præerat Vir eximius Io: Baptiſta cognomento Piſcator, qui ingenti vultus, atque animi longè in poſterum proſpicientis hilaritate Aloyſium complexus in Sacram Ædem deduxit. Ibi flexis ante principem aram genibus S. Adoleſcentem ætatis, ac pudoris flore vernantem, fragrantemque Æterno Numini gratiſſimum munus exhibuit: tum Hieroſolymitano Antiſtiti ad aram operanti uterque adfuere, a quo etiam cæleſtis conuivij Panem eo, quo ſolebat, mentis ardore Aloyſius ſuſcepit: deinde unà omnes ſimul cũ Præſide Aquavivâ, qui pariter cumulandæ lætitiæ gratiâ eò conuenerat, cibum in communi menſâ ſumpſerunt. Poſt epulas eidem Antiſti mox diſceſſuro meritam pro eo ac deberet (plurimùm enim in eius rei maturitatem ſtudij, operæque contulerat) gratiam ſemper habiturum,

ac memori mente, fuſiſque pro eius ſalute precibus perſoluturum promiſit. Quibus ex verbis haud modicè commotus ſenex Iuvenem amplexus, manantibus per ora lacrymis, felicem prædicavit, cui tutiſſimam, proximamque ad Cælum viam, Deo monſtrante, ac ferente, ingredi daretur: plurimùmque dolere ſe ait, quòd ſibi eius veſtigijs inſiſtere, minimè per ætatem liceret. Eo deinde cum reliquo comitatu digreſſo, Io: Baptiſta Piſcator tyronum præfectus Adoleſcentem in Conclave, ubi noſtri rudimentum ponere, primùmque ſeſe Societati probare inſtituunt, induxit: quod dum Aloyſius ingreditur, mirificè lætus Davidicum
Pſ. 131. illud uſurpavit: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Mox omnibus paulatim dilapſis, fores occludit, genibuſque ante Numen ſubmiſſis, amantiſſimis verbis in lacrymas ſubinde abeuntibus, immenſas illi gratias agit, quòd ſe ex Ægypti ſeruitute vindicatum in promiſſam hanc terram, promiſſi Cæ i ſpecimen, ac pignus, medios inter hoſtes, induxerit. Seque propterea hoſtiam, religioſæ vitæ auſteritate eius honoribus mactandam libentiſſimè devovet. Illud interim precibus omnibus, paſſiſque manibus obteſtatur, ſibi uti exhibitos in amplexus ruenti minimè

mè brachia ſubduceret, ſed viæ arduitate quãdoque perterrito, hærentique præſtò eſſet, manuque porrectâ, quouſque ad æternam felicitatem egrederetur, opportunè opem afferret. Exinde verò diem illum D.Catharinæ ſacrum, quo tyrocinium inierat, ſolemne ſibi feſtum inſtituit, inque reliquam ætatem præcipuâ religione celebrare nunquam omiſit: piamque Virginem litteris, ac probitate digniſſimam, quæ noſtris proponatur exemplum, perpetuam ſibi Patronam adoptavit.

Feſtũ diẽ S.Cat.quotãnis præcipua vener. colit.

DE VITA, ET REBVS GESTIS BEATI ALOYSII GONZAGÆ

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Tyrociniȷ primordia.

HActenus deſcripſimus, quàm religioſè profanam vitam Aloyſius exegerit: nunc verò quàm in ipſo Religionis, ac pietatis domicilio religioſè ſe geſſerit, cùm in promptu cuique ſit coniectare, tum ſtylo diligentiùs exequi aggredimur. Inter multa, quæ in alterâ hâc parte dicenda occurrent, præclara illa quidem & poſterorum memoriâ digniſſima, nonnulla interſeremus, quæ aliquibus fortaſſe minuta nimis, & contemnenda videbuntur: quemad modum ſæpiùs probro datum audivimus alijs eiuſdem Vitæ ſcriptoribus. Verùm opinio iſta eos, credo, habet authores, qui omnia, quibuſ-

An minuta in SS. vitis contēnenda?

carent,

carent, contemnenda ducunt, ne ipſi contemptui pateant: eaque, ut Famam inſtruant, in alijs vulgo laudant, quorum ipſi ſunt compotes. His autem primò illud ut in mentem redigant ſuggerendum, ſacrorum corporum vel minutiſsima fragmenta auro gemmiſque perquàm diligenter includi: notumque eſſe Magni Chryſoſtomi votum, Apoſtolorum vitas ita conſcriptas exoptantis, ut etiam quo pacto incederent, quo ſederent, quo ſtarent, aliaque eiuſmodi in ſpeciem leviſsima, ac veluti minuta vitæ fragmenta Authores exponerent. Par autem in utrcque pretij ratio. Nam Sanctorũ Virorum mentes, æquè in minimâ, ac maximâ corporis parte, æquè in minimis, ac maximis rectè factis totæ erant: ſic ut minimæ corporũ, rectèque factorum particulæ æquali cum maximis mentis magnitudine, ac ſanctimoniâ inſtructæ ad æquale pretium amplificarentur. Deindè illud animaduertant oportet, ſumma omnia minutiſsima eſſe, & maxima quæque minimis faſtigiari. Hæc enim, ſi ſola ſint, in minimis iacent; ſi verò reliquis ſuperponantur, ſumma dicuntur, ſublimemque artificẽ ad ea imponenda depoſcunt. Quid enim Praxitelem inter, verbi causâ, ac vulgarem quempiam cælatorẽ intereſſe putandum ſit? Num quòd ille homines

Minima corporũ rerumq; geſtarũ fragmenta æquè pretioſa.

nes cum capite, iſte acephalos fingeret? minimè verò: ſed quòd ille ſingulos ferè in capite capillos, cutiſque tenuiſsima liniamenta imitaretur, iſte tam minuta negligeret: quo illud rectè conficitur, tenuiſsima, ac minima eſſe, quæ nobilem artificem a turbâ imperitorum ſecernunt: proinde non contemnenda, ſed tanti æſtimanda, quanti in unaquâque arte ſublimitas, ac præſtantia. Dedolaverat ſeſe quodammodo S. Adoleſcens in antiquo vitæ inſtituto, animumque ſuum Euangelicæ ſanctitatis culmini, proximè admoverat: quid igitur ageret deinceps, niſi minutiſsima quæque perſequens extremam operi ſuo manum imponeret, quamque animi ſpeciem ab ineunte ætate tanto ſtudio elaboraverat, in exitu, a quo iā propiùs aberat, ductis ſupremis lineis abſolueret, ac Divinis luminibus irradiandam pariter ſiſteret, & contemplandam. Verùm, ut hæc peregerit, miſsis litibus, quæ Hyſtoricum veritatis ſtudio vacantem turbant, evoluere aggrediamur.

Christianæ perfectionis culmē minimis perficitur.

In ipſo religioſæ vitæ exordio illud in animum induxit, haud aliam ad perfectam vitæ integritatem religioſo homini viam patere, niſi quam ſuſcepti inſtituti leges monſtrarent: idcirco legibus ijs, atque etiam moribus, quos in

unum

unum codicem digeſtos a maioribus noſtris acceptmus, ſemel, iterumque decurſis, ab eorum præſcripto ne tranſuerſum quidem unguem in re ullâ diſcedere conabatur: ſic prorſus, ut ex eius vitâ Societatis Regulas, veluti ex cerâ anulum obſignantem, intelligere, ac propemodum deſcribere in promptu eſſet: eòque illum tyronibus reliquis tunc Piſcator Magiſter, alijſque deinceps ceteri Moderatores exemplum ad imitandum proponere conſueverunt. Vix dum tyrocinium inierat, cum univerſa eius inſtituti munia, abiecta quantumuis, atque operoſa, tam ſtrenuè ſeruabat, quàm ſi eiuſmodi miniſterijs innatus, atque innutritus adoleviſſet: tantâque inſuper alacritate, ut ad ea evectus, non, uti maximè erat, deiectus videretur: nec modeſtiæ, ſed faſtidio dabat, imperitiam in ijs rebus oſtendere, ac doctorem quærere quaſi artis ſibi minùs antea perſpectæ. Poſt paucos ab aduentu dies, cum ſacras D. Parentis Ignatij exercitationes eſſet aggreſſus, ijſque intentiùs, quàm pro viribus, vacaſſet, recens licèt ab itineris laſsitudine, neſcio quo valetudinis genere tentari cepit: quapropter illas abrumpere coactus, haud multò poſt adhibitâ medicorum curâ in priſtinam ſalutem reſtituitur: & quia ſatis ſuperque iam ſeſe Magiſtro pro-

Ex Al. vita regulæ Soc cogno ſci poterant.

Vilia mini ſteria prõpte exequitur.

probaverat, in reliquorum cætum ſolito citiùs adductus eſt. Hoc interim ſpatio lintea, quibus per viam indormierat, ad abluendum tradita, morbi aliam occultiorem cauſam prodidere: ſiquidem largo cruore, quem quotidianis verberibus expreſſerat, alte infecta patuerunt. Vix autem tyronum in cætum venerat; cum ſtudio ſingularem quorundam verecundiã, & vultus compoſitionem imitandi, prono capite, ac perpetuo cernuus incedebat: quod cũ minimè probaret Magiſter, ut ei modum imponeret, ſimulque frangendi, domandique ſui occaſionem exhiberet, eius guttur, chartã duriore prætendi mandavit; quo ſublimis, rectãque ceruice ingrediens a ſeruili illã deiectione in liberalem modeſtiam vindicaretur. Tulit id non æquo ſolùm, ſed & libenti animo Aloyſius, dieſque complures eam ſui contemptus materiam alacriter circumferens, modiceque interdum ſubridens reliquis irridendi ſui copiã faciebat.

In cætum ſolito citius adducitur.

Lintea viatoria cruore infecta.

Eius guttur chartã duriore ſubrigitur.

Cum eâ obſeruantiâ omnes coleret, quâ infimus quiſque ſummos ſolet: ſimul ac ſe curioſiùs, nitidiuſque indutum præ tyronum reliquis vidit (pileum enim geſtabat quadratum, non, ut reliqui, rotundum, veſtiſque ei erat, qualem Mantuâ aduexerat, paulò elegantior) ad Magi-

ſtrum

Omnia ſibi cōmunia, vilia, atque aſpera poſcit.

ſtrum properat, verbiſque ſupplicibus rogat, ut ſibi communi cum reliquis veſte, ac pileo uti liceat: idque cum continuò impetraſſet, petijt præterea, obtinuitque, ut pſalmorum, precumque codicem, aliaque eiuſmodi ad priſtinam dignitatem elaborata, cum alijs religioſam paupertatem præferentibus commutaret; nec diu cunctatus, flagra etiam, cilicia, ceteraque domandi corporis inſtrumenta, ijſque in loco utendi veniam popoſcit. Magiſter, ut Adoleſcentis feruori aliquid daret, quo aleretur, nec omnia negando extingueret, nonnulla cōceſsit: plura tamen, habitâ virium, atque innocentiæ, ſupplicia deprecantis, ratione, negavit.

Qui modus Magiſtro in cōcedēdis pœnis adhibendus?

Solet autem aliquando amantiſsimus humani generis Parens, ut filios, quos præ reliquis diligit, ad ſummum ſui amoris culmen perducat, ijs voluptatibus fraudare, quibus vel *Mercenarij in domo Patris abundant*, ut inde manifeſtum fiat, num Domino, an mercedi ſeruiāt. Num pietas vel indotata delectet, an ſolâ veniant, ut in proverbio eſt, a dote ſagittæ. Ita planè cum Aloyſio actum in hoc tyrocinij exordio. Nam licet tyrones reliquos ſub vitæ ſanctioris initium ſoleat Deus cæleſtibus delicijs, quaſi nucibus pueros, ad pietatem, cuius

Conſuetis delicijs initio caret.

nec

nec dum ſenſum habent, pellicere; ei tamen, ut ueteri virtutis amico, illam omni deliciarũ ornatu viduatam exhibuit, haud ignarus, tanto illi gratiorem fore, quanto minùs delicijs fractam, eneruatamque conſpiceret. Dies propterea complures conſuetis e Cælo ſolatijs deſtitutus, nullâ in obeundis, ut uſus ei erat, pleriſque pietatis operibus, voluptate perfundebatur: ſed quidquid manu, vel mente agitaret, quòcumque oculos conijceret, ſqualere univerſa, ac mœrorem inijcere videbantur. Tantummodo cum ſe precibus, rerumque cæleſtium contemplationi daret, quaſi e fluctibus caput educeret, reſpirabat paululum: eoque etiam adiumento, omni tempeſtate paulatim ſummotâ, priſtina tandem tranquillitas redijt, tantò iucundior, quantò laborioſiùs eius deſiderio antea fluctuaverat.

Fuit etiam aliquando, cum malus Dæmon eius modeſtiâ abuſus, illius animum demittere, atque in mœrorem, luctũque mergere conaretur: dum enim animaduertit, S. Adoleſcentem ſummam de alijs omnibus, deque Societate universâ, de ſe autem ne minimam quidem opinionem habere, in eam cogitationem impulit, nullum unquam in Societate eius uſum fore, ut qui ad rem planè nullam eſſet idoneus.

Eius modeſtia in puſilli animi vitium urgetur.

neus. Verùm cæleſti lumine precibus impetrato offuſas tenebras intra horæ dimidium depulit: itaque modeſtiam temperavit, ut retentâ ſuæ tenuitatis opinione, haud ignoraret, ſe eius manibus verſari, qui nihilo ad omnia efficienda uteretur: proinde ſuum ſibi nihilum tanquam Omnipotentis materiam gratulabatur.

Duplici prælio victor nunquã tentatur deinceps.

Hoc duplici defunctum prælio nunquam deinceps in reliquum tyrocinij tempus Dæmones tentare ſunt auſi, ne eius victorijs decertarent, & quam eripere gloriam conarentur, ipſis ſuis conatibus cumulatum irent.

Patris obitũ æquus accipit, ac matrẽ ſolatur.

Itaque ſuæ tranquillitati reſtitutus, Ferdinandi Parentis obitum paucis poſt diebus ad ſe perlatum tam æquo animo tulit, ut Matri etiã coniugem deſideranti aliquid ſolatij eo ipſo die per litteras impertiri potuerit: tametſi tanto amore Patrem proſequebatur, ut nihil ſecundùm Deum illo, quem in Dei locum coleret, ſibi carius fateretur. Litterarum autem exordium a gratijs Deo immortali agendis duxit, quòd in futurum liberiùs ſibi dicere liceret: *Pater Noſter qui es in Cœlis*. Atque eâ ſpe, quòd Pater in Cælum eſſet receptus, propoſitâ, multiſque argumentis roboratâ, materni doloris impetum comprimere ſtuduit. Nec ſanè eiuſmodi argumenta deerant: ſiquidem certis autho-

authoribus acceperat, Ferdinandum complures antequàm decederet dies, ſummâ ſeſe ad exitũ ſolertiâ comparaſſe: & primò quidem, ubi filium e paternâ domo migraſſe vidit, ita eius veſtigia ſequi, ac pietatem imitari inſtituit, ut prodigio ſimile, idque Aloyſij meritis divinitus factum, vulgò crederetur. Ab aleâ, in quâ multum pecuniæ, ſe propè totum perdiderat, exinde prorſus abſtinuit. Quotidie ſeptem pſalmos Davidicos a pœnitentiâ dictos una cum Chiſonio ſuo familiari recitabat, in quibus tanta vis erat lacrymarum, ut identidem preces abrumpere cogeretur: iſs verò abſolutis, Chriſti in Crucem acti ſimulacrum tenens, multoties peccatorum veniam tunſo pectore, fuſiſque lacrymis precabatur. Suas deinde duriſſimi hominis haud eſſe lacrymas illas, aiebat, ſed Aloyſij Filij, atque ex eius oculis ad Deum pro ſe lacrymantibus quodammodo derivatas. Sacrâ Exomologeſi õnes ſuperioris ætatis noxas ſummo ſtudio, ac doloris ſenſu expiavit. Poſtea Mediolanum e medicorum ſententiâ delatus, ibi poſt binos cum dimidio ab Aloyſij digreſſu menſes, præſente viro integerrimo Franciſco Gonzagâ, cuius antea meminimus, æquiſſimo animo, ſic prorſus, ut ſuos etiam circum lacrymantes conſolaretur, naturæ tandem conceſſit.

Ferdinãdi pietas Aloy: aſcripta.

L Hic

Hic verò illud non omittendum, quòd cum Aloyſius cognatos omnes, ac præſertim Parentes, tum impetu naturæ ad omnem humanitatem pronæ, tum etiam pietatis ſtudio præcipuâ quâdam benevolentiâ complecteretur; ſimul tamen, ac patriam terram, domumque deſeruit, mente quàm corpore, utpotè cælo illatâ, longiùs ab ijs aufugit. Quare rogatus aliquando, quot ei fratres domi ſupereſſent; non antea reſponſum dedit, quàm eorum numerū, cuius erat oblitus, initâ ratione in memoriam revocaſſet. Iterum deinde ſciſcitanti, num propinquorum recordatio aliquo cum morſu occurreret? antiquatam, ac propè edentulam mordere non poſſe dixit. Imò nunquam ſibi illam incidere, niſi ſiquando eos generatim, atque universè Superis commendaret: quo tempore veluti in abdito obſcuræ recordationis latentes, mentem ad ſe avocare, ac turbare minimè poſſent. Addidit etiam ſe eò Divini Numinis beneficentiâ progreſſum, ut nulla eius mentem cogitatio ſuo iniuſſu ſubiret: cui beneficio ſumma inter mortales raritas, atque infinitæ contumacium cogitationum turbæ, quibus plerique mortalium perpetuò exercemur, pretium immenſum ſtatuunt.

Germanorū fratrum numerum oblitus.

Nulla cogitatio eius menti occurit iniuſſa.

CA-

CAPVT II.

Aſpera corporis tractatio, ac ſeuera ſenſuum cuſtodia.

CORpus ſuum non tam ut in ſeruitutem redigeret, quàm ut in eâ retineret, ſuæque conditionis commonefaceret, aſperè sẽper, ac durè tractabat: eique univerſam ademerat non imperãdi modo, verùm etiam & impetrandi quidlibet facultatem, factus illi prorſus inexorabilis. Cilicijs ex ſetâ equinâ, vel ferro in fila tenuato contextis, flagellis inſuper, alijſque id generis ſupplicijs illud quàm poſſet frequentiſſimè excruciabat: nec alio magis in eâ re doloris ſenſu afficiebatur, quàm quòd ſibi graviùs ſæuiendi minimè poteſtas fieret: nullæ enim illi propemodum videbantur (uti cuidam ex ſuis intimis aliquando aperuit) quas pœnas tum caperet, ad eas, quas in priori vitâ ſuſceptiſſet. Vnum tamen ſibi ſolatio ſupereſſe aiebat, quòd Religioſam vitam obedientiæ munere navi haud abſimilem crederet, in quâ æquè vectores, qui vacui deſideant, ac nautæ qui remis

Corpori ſuo inexorabilis.

Religioſa vita navi ſimilis.

incumbant,& navigium impellant,progrediantur. Sæpè ieiunium ſolo pane, & aquâ contentus tolerabat: idque præſertim ijs diebus, quibus ad conſueta, & mitiora ieiunia urgent eccleſiaſticæ ſanctiones. Tunc enim Magiſtri permiſſu nec obſonij quidquam ad panem adhibebat, nec vino utebatur: quo tempore cum Magiſter aliquando intentis in eum oculis animaduertiſſet, totâ eum mensâ propemodum guſtaſſe nihil, ad ſe adeſſe iuſſo utì in poſteriore mensâ accumberet, & quidquid appoſitum eſſet, comederet, imperavit. Id cum ſtatim, ac bonâ mente feciſſet Aloyſius, quidam per iocum a mensâ redeuntem aggreſſus, o præclarum, inquit, ieiunij genus! abſtinere, ut deinde iucundiùs comedas, ipſamque inediam cœnæ facere condimentum. Cui ille,quid agas? inquit, *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum*. Haud obſcurè ſignificans operæ pretium eſſe, vel iumentorum ſimplicitatem affectare, ut cum Deo eſſe, & Chriſtum cæcâ illâ, ac ſimplici obedientiâ gaudentem, planèque triumphantem portare merearis.

Magiſtri permiſſu ſæpe ſolo pane & aqua refici tur.

Pſal. 72.

Senſus omnes, ut ad religiosæ modeſtiæ leges componeret, laborandum illi non fuit: ſiquidem in antiquo vivendi genere moderandis eorum frenis probè doctus, in novo illos, ut adhi-

Senſuum cuſtodia.

adhiberet potiùs, quàm ut cohiberet(adeo frequenter ſeſe a ſenſibus avocabat) ſtimulis adigendus erat. Atque ut locum hunc breviter perſtringamus,ac de ſingulis aliquid delibemus; oculos, atque aures, quos conſuetos tartarei hoſtis aditus noverat, ſolertiſſimâ cuſtodiâ tuebatur. Illud argumento ſit, quòd cum tertium iam menſem in communi triclinio cibum cum reliquis caperet, nondum tamen didicerat, ubi Sacerdotes, ubi domùs Rector ſederet: quare iuſſus librum quendam e Rectoris loco,ubi fuerat relictus, deſumere; antea ubi nam ei locus eſſet, moneri debuit. Pari ratione,cum ſæpiùs conſuetam tyronum villam unà cum ceteris,uti aſſolet,animi causâ ruſticatum iſſet, incidit aliquando, ut Magiſtri iuſſu aliam quandam inſuetam adirent: unde domum reverſus, cum ex eo quæreretur, utra illi potior viſa eſſet, hæſit primò attonito ſimilis, unam eandemque hanc eſſe arbitratus, atque illam, ad quam ſæpiùs acceſſerat: cum tamen inter ſe nullâ in re propemodum conuenirent. Poſtquam verò ſecum ipſe utramque cœpit recolere, ſimulque conferre, hoc inter antiquam, & novam intereſſe meminit, quòd in hâc ſacellum viderat (his enim rebus tantummodo oculos permittebat) in illâ minùs. Ad Magiſtrum aliquando

Oculorum atque aurium.

Tertiū poſt menſē Rectoris locū in triclinio ignorat.

Binā villā unā ex incuria putat.

anxius venit, petijtque ut infixam animo religionem, quâ haud modicè torqueretur, eximeret. Ea erat, quòd cum caſu atque aliud agens, obtutu in aſſidentem dilapſo, quid rei agitaret, ſemel, iterumque ſpectaſſet, verebatur, ne id ex pravâ in aliena inquirendi cupiditate proficiſceretur: adiecitque ſe ad eam uſque diẽ (quartum verò iam menſem, cum ibi eſſet, inierat) alijs nunquam, ob neglectam oculorum cuſtodiam, conſcientiæ ſtimulis agitatum.

Scrupulo angitur, quòd aſſidentẽ caſu ſpectaſſet.

Quod verò ad aures attinet, pari eas cuſtodiâ ſepſerat. Nullo res novas cognoſcendi ſtudio tenebatur, niſi de Patriâ perferrentur: eo nomine Cælum indicabat, cuius civitate in ſacro Baptiſmatis fonte donatus, terram hanc univerſam ſemper peregrinus incoluit, ac barbaram habuit. Si quid novi aliquando contingeret, ab alijs in medium afferri, quod ad Divinam gloriam minùs commodè referri poſſet; ipſe vel ſermonem ad meliora ſenſim derivare nitebatur, vel, ſi id authoritas loquentis nequaquam ferret, verba illa ſibi inuito accidere ſilentio ſignificabat.

Nullo ſtudio niſi cæleſtia audiendi, tenebatur.

Odoratum pariter peruigil cuſtos obſeruare nõ deſijt: licèt enim per hunc ſenſum ægrè mali aliquid in mentẽ irrumpat; ita tamen fragrãtiæ lenocinio aliquando illa corrumpitur, ut reliquos

De odoratu.

quos ſenſus ad amicum hoſpitem admittendum ſeducat: quæ enim odore præcipiuntur, & viſere oculi, & tractare manus, & pernoſcere reliqui ſenſus geſtiunt. Inde odoramentorum uſus non ultimum inter corruptelarum illecebras locum obtinuit. Nunquam propterea, dum in Societate fuit, rem ullam odoratam naribus admoviſſe obſeruatus eſt: quin etiam, dum publicis Noſocomijs operam daret, quàm quiſque peſſimè inter ægros oleret, tam maximè ei in amore, ac delicijs erat: ad illum enim omnium primum accurrere, illi diutiùs inhærere, nullum tædij, nullum graveolentiæ indicium prodere, quin tantâ illum voluptate complecti, ut Chriſtum in eo latentem olfacere videretur.

Nunquam odoratum aliquid olfeciſſe viſus.

In Noſocomijs peſſimè olentibus maximè hærebat.

Senſum guſtus vili, auſteroque cibatu uſque adeo hebetaverat, ut eduliorum ſuavitatem nullam perciperet: quare nec ullum in cibis delectum adhibebat, niſi ut quemque viliſſimum, & maximè iniucundum caperet: quod cum ſæpiùs obſeruatum eſſet a miniſtris, æquè illis delicatioris cibi argumentum erat, lances plenas ab Aloyſio referre, atque a ceteris vacuas. Nunquam animus unà cum corpore eâdem in menſa accubuit: ſed hoc in patinis relicto, veluti iumento ad præſepe alligato, ille vel ad Superum epulas ferebatur, vel lectioni intentus

De guſtu.

Huius penè uſum amiſerat.

Delicati cibi argumentum erat reliquiſſe.

aliquod ſibi inde nutrimentum quærebat. Illud etiam inter edendum in more ei fuit, ut manè fel Chriſto in poculo datum, veſpere ſupremam eiuſdem cœnam totidem myſterijs quot cibis inſtructam mente agitaret. Cibi verò, ac potionis modum non fame & ſiti, ac longè minùs voluptate, ſed ſolâ neceſſitate, eâdemque ſummâ, finire ſolitus erat.

Sũma neceſſitas cibi modũ præſcribit.

De lingua

Poſtremò linguam etiam flagitiorum omniũ conciliatricem arctè admodum contentèque habuit. Inter breviculas preces, quas e medijs occupationibus in Cælum vibrabat, illâ præ ceteris frequentiùs utebatur. *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis*. Crebrò etiam duo D. Iacobi decreta in congreſſibus uſurpabat, quorum alterum eſt: *Qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir*. Alterum. *Si quis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam; huius vana eſt religio*. Quæ cum altè in animum demiſiſſet, mirũ quantum ſilentij legibus obſeruandis ſtuduerit: cuius rei unicum teſtimonium ſubijciam, quod tamen inſtar plurimorum ſit. In more inſtitutoque poſitum eſt apud noſtros, ut ex ædibus prodeuntes moneant, quò velint, Ianitorem; ut ſi qui eos accerſitum veniant, quorſum inueſtigandi ſint, haud lateat. Igitur cum tyronibus

Pſ. 140.

Iac. 3. 2.

Iac. 1. 26

nibus

nibus domo egreſſuris ſæpè iter eſſet in domũ, quam vulgò dicimus Profeſſam; conſuluit Magiſtrum Aloyſius, num otioſi verbi reus eſſet, qui Ianitorem moniturus diceret, *Peto Domum Profeſſam*, cum ad intelligentiam ſat eſſet, *Peto Domum:* quâ verborum avaritiâ æque linguam ſuam, ac ſuæ arcæ clavem avarus quiſque, obſeruabat. Quia verò præcipua ſilentij laus eſt, ut verba in publicum proditura componat; nunquam ex eius ore aliquid excidiſſe non antea ad libræ lancem impoſitum, ac diligenter expenſum, dicitur. Horâ quâ laxandæ mentis intentioni mutuum colloquium noſtris permittitur, haud alius illi ſermo, præterquã de Deo, rebuſque ad Deum, ac Superos pertinentibus. Quo tempore accuratus inter loquendum uſque adeo erat, ac diligens, ut ſiquando, dum loqueretur, menti quidpiam occurreret, quo, reticendum eſſe, quod inſtituerat, moneretur; periodo in mediâ extemplo reſiſtens, ſilentium faceret, nec ullis deinde ſuaſionibus, ultra ut progrederetur, induci poſſet.

Admirabilis verborũ parcitas.

Nonniſi de rebus Divinis loquitur.

Loquẽs in media periodo interdum reſiſtit.

In hunc igitur modum ſenſus omnes partemque ſui inferiorem uniuerſam in officio retinebat: ut autem illi etiam ſeruile genus obiectaret, veſtitu maximè vili, ac neglecto utebatur: quin & ſiquid in totâ domo aliorum uſu

tri-

Obſoletas veſtes in ſuos uſus conuertit

tritum obſoleverat, id ut in ſuos uſus conuerteret, precibus impetrabat. Fuit tamen aliquando cum Magiſter, ne tyronis voluntas ullâ in re ita conſtaret, ut obedientiæ facilitatẽ amitteret (quâ ſcilicet demptâ vera conſtantia perit, & in obſtinationem conſtantiæ ſimulacrum, lapideſcit) novam illi togam indui, tritâ depoſitâ, mandavit. Ea res malè illum initio habuit, ſic ut non potuerit, quin aliquid concepti doloris aſtantibus promeret. Veritus tamen ne quem animi morbum dolor ille ſignificaret, eum Magiſtro ſtatim aperuit, ab eoque didicit, id etiam ex pravo aliquo ſui ipſius amore, ac tuendi nominis ſtudio poſſe profluere. Quo audito dies complures in id unum omni cogitatione, curâque incubuit, ut intimos ſuæ mentis receſſus attentiſſimè perueſtigaret, obſeruaretque, num in ijs aliqua ſui opinio, quæ ſe plùs nimio ſibi conciliaret, penitus abſtruſa lateret. Verùm cum nihil tale, omni adhibitâ diligentiâ, deprehendiſſet; ne tamen unquam ea peſtis (quæ amoris ſui nomine omnem impunè in animum perniciem infert) ad ſe aſpirare poſſet, menſes nonnullos Chriſti cædem, ac ſupplicia meditãdo recoluit: quo effectu eſt: ut ipſe veluti tãti facinoris author in accerbiſſimum ſibi odiũ veniret, graveſq: in poſterũ, atq: implacabiles inimicitias indiceret.

Nova toga idutus dolet, ſed de hoc dolore dolet vehementiùs.

CA-

CAPVT III.

Honoris cupiditati frangendæ ſedulò ſtudet.

HVmilem ſui exiſtimationē haud intra mentis clauſtra otioſam, detinuit: ſed ut in opus prodiret, quò alios in ſuam ſententiam pertraheret, modis omnibus curavit. Nullam comprimendi faſtus, ſuique deijciendi opportunitatem elabi de manibus patiebatur: eamque ſibi in eo genere facilitatem paraverat, ut quamlibet ſui contemptionem, ſive privatam, ſive publicam non æquus ſolùm, ſed & gaudens acciperet. Sæpiùs ſibi copiam fieri depopoſcit, ut in togâ obſoletâ, fædoque ac ſciſſo pallio, humeros manticâ cogendæ ſtipis onuſtus, omnes Vrbis vicos oberraret. Rogatus deinde nunquid pudoris illi ea res afferret, reſpondit; Orbis terrarum Dominū eo cultu per vias incedentem ſpectanti, ſectantique non cum pudore, ſed cum ambitione certandum: omnemque eiuſmodi deſpectionum moleſtiam leviter ferri, ſi oculi ab ijs avocati ſurſum in æternam merce-

Per urbem gaudēs ſtipem cogit.

dem

Digitized by Google

dem aſpectum conuertant. Nec ſatis intellige-re poſſe, tametſi ad vulgi opinionem res exi-gatur, quid tandem cauſæ ſit, cur ea res pro-bro, ac pudori eſſe debeat. Aut enim, inquit, me norunt quicumque ita deiectum vident, aut minùs. Si minùs; dolenda non eſt exiſtimationis iactura apud quos nulla unquam exiſtimatio fuit. Sin autem norunt; ſuſpicere cogentur, a quo humana omnia deſpectari cernant.

Pulcrum Aloyſij di lemma.

Pari geſtientis animi lætitiâ Vrbis ſæpè cele-briores vias, & fora obibat, ut agreſtes homi-nes, ac mendicos Chriſtianæ vitæ præceptis imbueret: idque tanto aduersùs eos caritatis ar-dore, ac ſignificatione, ut non illos modò at-tentiſſimos haberet, verùm etiam clariſſimos quoſque viros, qui fortè curru præterueheban-tur, detineret, atque acri, quo utebatur dicē-di genere, mirificè caperet. Sæpè per eam occaſionem ſingulos ex ruſticanis auditoribus percontabatur, quampridem ſacrâ Exomologeſi conſcientiæ labes eluerant; compertoque, id lon-gè pridem fuiſſe, magnoperè hortabatur, uti rem non traherent, nec tam incertis rerum humana-rum caſibus æternam animi ſalutem crederent. Eos verò non antea miſſos faciebat, quàm in ſuam ſententiam, ſecumque in templum Farne-ſianum Soc. Ieſu perductos Sacerdoti expiandos

Agreſtes & mendicos quæ rit, ut inſtruat.

ſiſte-

ſiſteret. Quo in officio hominem quendam aliquando tenuit,deduxitque,qui ſexennium ipſum ſacræ Confeſſionis myſteria neglexerat.

Siquando eveniret, ut publicè errati alicuius de loco ſuperiori, quemadmodum moris eſt apud noſtros in triclinio argueretur; tunc moleſtiam quidem ex obiectâ culpâ per ſe ei moleſtâ atque horridâ haud modicam trahebat; ſed eodem tempore par ex reprehenſione levamen: ſat ſciens noſtra vitia haud meliùs, quàm alijs vellentibus, carpentibuſue extirpari. Quamobrem nil crebrius a Magiſtro flagitabat, quàm ut palàm reprehenderetur: quo tempore, licèt pronum ei eſſet, mentem, cuius frena mirificè pro imperio moderabatur, aliò avocare, ſic ut ne auribus quidem quidquid a reprehenſore diceretur, perciperet; omnes tamen eiuſmodi imperij vires eò adhibebat, ut ſenſus, mentemque omnem ſuis reprehenſionibus aduerteret; ne Præſides, uti aiebat, eo obſequio, ſeque meritâ apud Deum gratiâ fraudaret. Publicè reprehēdi cupit.

Libuit aliquandò tyronum Magiſtro Aloyſij conſtantiam in aduerſis, ſimulque prudentiam, ac dexteritatem in ijs, quorum nullum antea uſum habuerat, periclitari: & quia improuiſa mirum in modum cuiuſque ingenij indolē produnt, ut quæ ſumendæ,atque aptandæ perſo- Eius conſtantia, & æquitas tētatur, & fulget.

nǣ

næ ſpatium negent; illum ex improviſo tentare ſtatuit: quare adeſſe iuſſo præcipit, uti operam ſuam, quâcumque in re uti velit, triclinij Præfecto in poſterum addicat: triclinium ſi opus ſit, verrat, menſas inſternat, urceos,patinaſque paret, abluat, tergat, aliaque id generis univerſa, quæ infimi cuiuſque curæ demandari ſolent,ad Præfecti nutum conficiat. Hunc verò clam Adoleſcente monet,uti ſe ei in rebus omnibus difficilem, ac moroſum præbeat, habeatque ſemper, quid in eius miniſterio carpat: &, ut cuncta rectè geſſerit, nunquam tamen, ſibi ſatisfactum, oſtendat. Dicto Præfectus paruit, ſuaſque partes egregiè implevit, ſanctum Adoleſcentem modis omnibus tentando, vexandoque: nec tamen unquam, uti poſtea teſtatum reliquit, vel unicum ab eo verbũ exprimere valuit, quo ſe illi purgatum vellet, cauſamque ſuam probare niteretur: quin potiùs pudore, & ſilentio, veluti flagitij compertus, iniquam alterius obiurgationem excuſare, atque abſoluere videbatur: quod cum ſecum deinde Præfectus reputaret, ceteriſque miram Adoleſcentis conſtantiam,æquitatemque referret, in eam admirationem rapiebatur, vix ut oculis ſuis ſe credere dictitaret.

Immeritò obiurgatus nunqnam ſe purgat

Denique iam inde a primis tyrocinij menſibus

bus uſque adeo mores ſuos ad omnem ſuſcepti inſtituti, uniuerſæque ſanctimoniæ leges con formaverat, ut omnium opinione ſanctus haberetur, ac celebraretur in vulgus. Proinde veluti unum quempiam e Divorum cætu obſeruabant reliqui, & quæcumque uſurpaſſet, vel manibus tractaſſet, iam tum, uti ſacra, ac religioſa, oſculis excipiebant, ac ſedulò conquiſita ſummâ religione venerabantur. Ita libellus, unde pſalmos, hymnoſque in Deiparæ laudem deſumere conſueverat, per hæc eadem tempora clam pietatis causâ ſublectus, piè nunc in Siciliâ ſanctèque colitur. Ita etiam alijs quibuſdam, nullius ceteroqui prætij, rebus, magnus alibi honos habetur, quæ tunc ſubducta fuere, cum ſanctus Adoleſcens necdū e vivis exceſſerat.

Sãctus pã lã habebatur.

Quæ tractabat, tãquã ſacræ reliquiæ, vivẽti ſub ducta

CAPVT IV.

De rebus in Domo Profeſſorum ſub initium ab eo geſtis, deque ſumma in Euchariſtiam pietate.

TErtius inter hæc ab ingreſſu menſis effluxerat, cum tyronum Magiſter Aloyſium religioſi inſtituti iam ſatis prudentem in Profeſſorum domũ experimenti ergo deſtinavit: quò præter alia tyronibus conſueta munia, Myſtis in templo operantibus miniſtraret. Tam hilaris S. Adoleſcens eam provinciam ſuſcepit, ut nihil ſupra, idque binas potiſsimùm ob cauſas. Altera erat, quòd emeritorum Patrum exemplo maiores ſibi in dies ad virtutem progreſſus polliceretur: altera, quòd nihil illi optatius, quàm ut Sanctiſsimo Euchariſtiæ myſterio operam, ſtudiumque navaret, cui rei latior nuſquam campus pateret. Licèt verò in eâ domo, ac munere haud exiguus labor tyronibus rei Divinæ miniſtrantibus incumbat, ut qui ſeptenis, octoniſue ſacris, eoque etiam am-

Sacrę Euchariſtiæ amor

Digitized by Google

ampliùs ſæpè continenti labore miniſterium exhibeant; iis tamen illecebris divinitùs Adoleſcens per id tempus deliniri ſolitus erat, ut labor ipſe cæleſti ſuavitate conditus omni poſitâ acerbitate in delicijs eſſet.

Tantâ porrò præſentis in Euchariſtiâ Numinis religione tenebatur, ut credere videretur aliud nullum ſibi in vitâ negotium datum, præter dignam Euchariſticæ Dapis ſuſceptionem. Cunctos hebdomadæ dies, primo dempto, quo ad ſacra myſteria accedebat, duas in partes tribuerat: quarum alterâ tribus prioribus diebus comprehensâ, gratijs SS. Triadi agendis de ſingulari Euchariſtiæ beneficio ſibi delato vacabat, ſingulis Perſonis ſuos dies, atque officia partitus: alterâ, quæ ternis ſequentibus continetur, eodem modo, atque ordine Divinas Perſonas obteſtabatur, ut ſibi eam gratiam, ac dignitatem afferrent, quam tanto Hoſpiti proximè accipiendo opportunam viderent. Quotidie ſtatis temporibus compluries in ædem ſacram, vel odæum veniebat, ubi ſacroſancta Euchariſtiæ myſteria pronus adorans, pluſculũ fundendis precibus morabatur. Pridie verò quam Divinâ menſâ communicari deberet, omnis ſermonis ea unica materia erat: atque inter loquendum tantoperè incaleſcebat, ut quo ipſe

Totã hebdomadam in eius cultum partitur.

Pridie quã ſumeret, ea erat ſermonis materia.

M fla-

flagrabat, alios quoque audientes ignis corriperet. Cuius rei cum ſparſus rumor ad nonnullorum etiam ex Patribus aures perueniſſet, id ſtudioſè operam dabant, ut ſabbato, horâ animis exhilarandis permitti ſolitâ, in eius congreſſum, colloquiumque venirent: inde verò tantam Euchariſtici Panis appetentiam ſibi excitatam intelligebant, ut negarent, ſe unquã iucundiùs ad ſacram menſam diſcubuiſſe, quàm cum heſternis eiuſmodi colloquijs inſtructi ad eam acceſſiſſent. Idque ita paſſim totâ domo increbuerat, ut quicumque cæleſtis huius Cibi faſtidio aliquo teneretur, ſtomaco ſcilicet caritatis calore deſtituto, eius aviditatem incenſis Aloyſij ſermonibus revocare ſtuderet.

In alijs eius deſiderium excitabat.

Sabbato pariter cubitum diſceſſurus ſummâ ope nitebatur, ut craſtinâ Euchariſtiæ ſumptione mentem occuparet, eamque meditanti ſomnus obreperet: poſtridie verò, ut primùm diluxerat, hæc una cum eo evigilabat cogitatio: ac deinde eidem myſterio, Divinæque caritatis argumentis in eo clauſis intentè contemplandis ſolidam horam diſtinebatur. Eâ lapsâ templũ ingreſſus rebus Divinis propè immobilis genibus nixus aſtabat: quibus peractis, atque Euchariſtici muneris particeps effectus, ſeſe a turbâ in angulum recipiebat, ubi præ amoris dulcedine

Sũma diligentia in apparatu.

avoca-

avocatâ a ſenſibus mente, ac veluti ſtupore defixus diutius hærebat. Poſtmodum fine pre cibus impoſito, vix humo aſſurgere, ac pedem templo efferre, infirmis ſcilicet mentis intentione cruribus, valebat. Hinc tamen in ſuum cubiculum aliquando receptus, temporis reſiduum, quod ante meridiem vacuum illi erat, aut recitandis e codice Divinis laudibus, aut cæleſtibus mente pertractandis, aut pijs quibuſdam D. Auguſtini, ſeu Bernardi commentationibus evolvendis ſemper intentus abſumebat. Sumpta Euch. avocatur a ſé ſibus.

Hâc igitur mente in Profeſſorum domum alacer profectus traditus eſt in diſciplinã Hieronymo Plato, viro cum in ceteris laudibus eximio, tum, uti edita ab eo ſcripta declarant, universæ, quæ de moribus eſt, diſciplinæ conſultiſſimo. Is enim tunc in eâ Domo tyronibus Magiſtri vicem præſtabat. Mutuã utrinque lætitia, & gratulatio extitit. Lætabatur Adoleſcens, quòd experti ſenis conſilijs cæleſtis viæ compendia ſeſe edoctum iri ſperaret: Hic verò, quòd fore confideret, ut feſtinantis a tergo Adoleſcentis exemplo incitatus eòdem, quò duceret, properare cogeretur. Ergo ſuſceptâ ab Hieronymo Aloyſij curâ, brevi ex rebus geſtis, quas vel per ſe ipſe viderat, vel fando audierat, exiſtimare vir prudentiſsimus potuit Hier Plati in diſcipli nam traditur.

 de

de eius animi præſtantiâ, diviniſque beneficijs, quibus ad tam excelſum ſanctimoniæ culmen evaſerat. Verùm, ut hæc explorata magis, minimèque dubia poſterorum memoriæ traderet, ab eo aliquando pro ſuâ authoritate petijt, uti anteactam vitam, atque univerſa beneficia, quibus in omni ætate cumulatus e Cælo fuerat, ordine promeret: quæ cum ab ingenuo Adoleſcente candidè aperta eſſent; eo digreſſo, ne memoriâ effluerent, brevi ſcripturâ Hieronymus comprehendit: quam deinde Virgilius Ceparius, alijque nonnulli ab eo deſcriptam evulgarunt. Tantam verò de illius integritate, atque innocentiâ, deque mirâ rerum æternarũ comprehenſione ex eâ narratione opinionem hauſit, ut quoties in Aloysij mentionem incideret, haud alio, quam ſancti Adoleſcentis nomine nuncuparet.

Totius vitæ curſũ Plato aperit.

Extant adhuc apud memoratum Cæparium litteræ ab eodem Plato ad iuvenem ex familiâ Vitelleſcâ Neapolim datæ, antequam Aloyſiũ probè, ac penitus noſſet, nempe quinto ab eius in Societatem aduentu die, quo certe nonniſi prompta, expoſitaque noſſe poterat: in his magni eum nominis tyronem appellat, quẽ minimè omnium nobilitaret maxima ceteroqui ſtirpis nobilitas. Prudentiâ ætatem prævertere,

Hier. Plati de Aloyſio teſtimonium.

re,

re, ingenio ſupra modum, pietate ſupra fidem præditum memorat. Continuis inter orandum lacrymis fluere, eoque ſtudio, ac ſollicitudine æterna curare; fluxa negligere, ut cunctos etiam ætate graves in ſui admirationem concitet. Alia præterea complura id generis narrat, quæ ſupra exequuti ſumus, & longum ſit, ac ſuperuacaneum recolere. Illud tamen ad extremum addit (quod omittere non libet)ſeſe a graviſſimo viro Soc. Noſtræ Andreâ Spinulâ aliquando increpitum, quòd ieiunè nimis,exiliterque Aloyſium laudaſſet, cum eius virtutem benè ſibi perſpectam, exploratamque longè ſupra illas laudes extare,haud dubium foret. Poſtquàm verò eidem Plato ad eius animi penetralia admiſſo eximia dona, quibus divinitus ornatus fuerat, patuerunt; tunc enimuero ſuſpicere ultra modum, prædicare palàm, ſummâ benevolentiâ, atque officijs omnibus proſequi: cumque univerſa eius dicta, factaque vehementer miraretur, illud præ omnibus miraculo eſſe confirmabat, quòd pro modo tam illuſtris probitatis nulla ſupra naturæ ordinem adhuc miracula ederet: quod etiam Roberto Bellarmino admirationi fuiſſe tradit Cæparius. Huius autem rei cauſam ab ipſis quærentibus teneri fortaſſe quis dixerit, ſed non ſatis agno- Quare prodigia Aloyſius in vita non ediderit.

ſci: nimirum tam illuſtrem ſanctimoniam propt rea conſuetis e Cælo prodigijs Deum teſtari noluiſſe, quia tam illuſtris fuit: proinde minimè indiguit prodigiorum teſtimonio, præſertim apud ſapientes, quibus non prodigia ſanctitatem commendant, ſed ſanctitas prodigia. Ea enim a præſtigiarum ſuſpicione vindicat, quo ferè pacto regia geſtantis conditio articulorum gemmas adulterij crimine abſoluit. Hâc fortaſſe de causâ nec Mariam Dei Genitricem, nec alios Cælo cariſſimos viros, quòd cum gente excultâ, atque eruditâ verſarentur, oſtentis ullis in vitâ illuſtratos novimus: tametſi quibus cura barbaros erudiendi demandata eſt, impijs etiam quandoque, ut in Euangelio traditur, prodigiorum authoritate, quaſi litteris publicis Divino ānulo obſignatis, munire oportuerit. Quare eiuſmodi oſtenta nec probitatem efficere, nec planè oſtendere credendum eſt: animique dona ea tantummodo eſſe, quorum vis, & magnitudo Divinam in nos benevolentiam metiantur. Hæc cenſenda vera ſanctitatis inſignia, quibus impij ornari nequeant, cum pios, quos exornant, efficiant, nec fieri ullo modo poſsit, ut pietate impietas exornetur.

CA-

CAPVT V.

Cetera probitatis documenta in eadem Domo ab Aloyſio data.

BInos Aloyſius in eâ Domo menſes moratus ita ſuam in Divino cultu, ac domeſticâ diſciplinâ diligentiam probavit, ut omnibus præbuerit, quæ ab omnibus virtutis exempla petitum aduenerat. Haud exigui operis ſit, univerſa complecti: pauca tamen ſubijcere ſat erit, unde ceterorum ſpecimen capere deceat. Mos illi erat, quoties in Sacrario verſanti a rebus Divinis otium eſſet, in angulum ſeſe recipere, ibique facto ſilentio, vel mente, vel ore Superos precari, ſive pium aliquem libellum evoluere. Sub hæc tempora venit aliquando ad eum vir ampliſsimus atque Eccleſiæ purpuratus Hieronymus Roboreus ei propinquitate coniunctus, quem ut ad ſe accedentem, ac loqui parantem Aloyſius proſpicit, modeſto riſu interpellans, negat ſibi facultatem cum eo verba faciendi adeſſe: quâ ille religioſâ conſtantiâ mirificè delectatus ſuæ dignitatis contemptum in tantæ

Purpuratũ alloqui ſine licentia recuſat.

virtutis materiam libenter contulit: quare illum non antea auſus eſt alloqui, quàm a Præſide Aquavivâ per nuncios ad id allegatos poteſtas fieret.

Æditu ū ſumma veneratione colit.

Si quando uſuveniret, ut de re aliquâ Æditus ab ſe conſulendus eſſet; illum adibat, eique ſtans aperto, ac prono capite, iunctis præterea ſub pileolo manibus, adeò verecundè, quod venerat, aperiebat, ut ſuo eum pudore quodammodo ſuffunderet: pudebat ſiquidem intueri tantæ dignitatis Adoleſcentem coram ſe abiecto homuncione, tanto cum pudore, ac reverentiâ verſari. Eiuſdem verò imperio tam promptus, atque alacer Aloyſius obſequebatur, ut ſi Chriſtum coram loquentem, atque imperantem audiret: quem morem ſemper retinuit, ut non eum, qui mandata perferret, ſed qui mitteret, animo contemplaretur. Inde enim quaſi audito Numinis imperio ſummam ſe capere voluptatem aiebat, & par ex voluptate obtemperandi ſtudium. Ita tyronem illum, qui tenuem aliquam in ceteros poteſtatem, & Ianitoris vocabulo dilutam gerit, per quàm officiosè, ac diligenter obſeruabat. Aſſurgere enim ſolebat venienti, nudare caput, principem exhibere locum, omnibus honoribus impertire: quoad tandem tyro idem eiuſmodi honorum

ſtiorum impatiens a tyronum Magiſtro, ut modum Aloyſio imperaret, obtinuit.

Illud in hâc re admiratione non vacat, quòd diceret, ſibi gratius accidere, iis ſubeſſe, quos corporis, animique dotibus minus ſe, quã quos magis auctos cerneret, idque non gloriæ negligentiâ, ſed ſtudio: ſiquidem, aiebat, ſi popularis iudicij trutinâ res ipſa penſetur, ægrè homo homini, quem naturâ fortunâque ſibi ſubiectum intelligat, ſubeſt: at Deo O. M. eiuſque perſonam ſuſtinenti ſubeſſe, nulla ſeu natura, ſeu fortuna recuſat: cum ei cuncti ſeruiant Reges, quin & cuncti regnent, qui ſeruiant. Is verò qui Dei vicem præſtat, quò humilior eſt, ſuiſque minus ornamentis tectus, eò alienam, vicariamque poteſtatem nudat magis: proinde cum liquidiùs conſtet, officia homini delata ab eo non ſiſti, ſed ad Deum pertingere, iucundiùs longè, & glorioſiùs deferuntur. Libentiùs inferioribus ſe, quã ſuperioribus paret.

Eòdem ferè pertinet, quòd cum quintâ die hebdomadæ ſanctæ ad Chriſti ſepulcrum lucernarum cuſtodia ei ab Æditùo eſſet commiſſa; haud unquam totò eo tempore, quòd plures horas tenuit, ad ſepulcri ornatum contemplandum oculos erexit. Roganti deinde cuidam, ut ſacri illius monumenti apparatus placuiſſet, negavit id placere potuiſſe, cui ſpectando minimè Obſeruata ad litterã mandatã.

mè oculos permiſerat: nec ſecus ſibi licere exiſtimaſſe, quando ab Æditùo alia curare iuſſus eſſet.

Lapſis matutinis horis, ſacriſque omnibus in templo peractis, mos eſt illius Domus tyronibus, ut alij ad alia munera obeunda, prout quiſque in mandatis habuerit, diſcedant. Sunt, quibus cura legendi ſuper menſam cõmittitur: ſunt qui ad culinam, ut coquo operam præbeant, deſtinantur: aliquibus ianua cuſtodienda, alijs inuiſendi, detinendique remiſſionis tempore ægroti delegantur. Obuenit aliquando etiam Aloyſio, ut in culinâ miniſtraret, quod tantâ lætitiâ præſtitit, quantâ qui Chriſto ipſi, quem cunctis, ut antea diximus, nudatum ornamentis in coquo perſpicuè agnoſcebat, re ipsâ inſeruiret. Aliàs Anagnoſtæ munus adeptus, accuratus, ut qui maximè, inter legendum erat. Altâ voce pronunciabat, tardâ tamen, ſuiſque interuallis diſtinctâ, ne verborum præeuntium murmur nondum compreſſum proximè ſequentium ſonum vitiaret. Id lectores noſtri diligenter animaduertãt velim, qui ſuas partes tunc demum egregiè ſe peregiſſe putant, cum plurima nobis unâ mensâ grãdi ſtrepitu lectitaverint: quod contra accidit, nam quò plura clamoſo ex ore præcipitant, eò

In coquo Chriſtum agnoſcit.

Menſæ lector animaduertẽ.

pau-

pauciora animos epulantium ſubeunt, cuius rei ea cauſa fortaſſe fuerit, quòd poſteriora verba præcedentium bombo obruta, corruptaque univerſam ſententiam perdant. Quod ſi, ne quid intercidat, omnis mentis intentio in epulas diſpertita ab Anagnoſte exigatur, nulla fortè ut importuno exactori conceditur, eiuſque vitio tota ſæpè in patinas merſa captandæ ex ijs iucunditati vacat, quam ex lectione deſperat. Accidit aliquando, ut inter legendum ſtrepitus quidam propè triclinium factus lectionem minimè exaudiri permiſerit. Hâc uſus occaſione tyro ceteris præfectus incuſare Aloyſiũ cœpit quòd Patres eo die conſuetâ animorum eſcâ fraudaverit: omnemque eius rei culpam in illius negligentiam, periclitandæ æquitatis, & manſuetudinis ſtudio, coniecit. Ad hæc optimus Adoleſcens nullâ defenſione quæſitâ, veluti obiecti criminis reus veniam imploravit, datâ fide, ſeſe damnum præſtaturum, cum primùm liceret, eâdem, quæ ſtrepitu interciderat, lectione iteratâ: quod & mirâ animi tranquillitate, in proximâ menſâ perfecit.

Ea verò conſuetudo apud ipſum plurimum inualuerat, ut quaſuis pœnas ſeu culpæ, ſeu negligentiæ nomine falsò irrogatas, alacri animo penderet: nec falſitatem criminis pœnarum

Pœnas falsò irrogatas libere pendit.

acceſ-

acceſſionem, ſed levamen putabat, cum illis ſupplicij infamiam, quæ maxima pœnæ pars eſt, adimeret: quare cum nunquam patientiùs, quam ubi innocens reprehenderetur, nec unquam eius patientia, quàm ubi tentaretur, quaſi violatus calibe ſilex, illuſtriùs emicaret; haud rarò in eiuſmodi reprehenſores incidebat, qui non multum in examinando crimine laborabãt, certi nunquam ſe iniuſtè, quia nunquam inuitum reprehenſuros. Viſum eſt aliquando Hieronymo Plato, Aloyſio mandare (quò eum à nimiâ mentis intentione avocaret) ut ſolitos à cibo congreſſus reliquis diutius traheret: ſic ut quanquam ad priorem menſam accubuerat, cũ ijs, qui in poſteriore comederant, ſermonem produceret. Paruit ille, ac ſoluto priorum conuiuarum cætu, cum poſterioribus loqui perrexit. Quod cùm Miniſter (eo nomine, qui ſecundus a Rectore præeſt, appellant) obſeruaſſet, id impunè illi eſſe non tulit, ſed accerſito pœnam indicit, publicè ut proximâ menſâ violati ſilentij ſe reum agat. Ille, nè contemnendi ſui occaſioni deeſſet, promptè quod iuſſus fuerat, nullâ de Hieronymi præſcripto mentione factâ peregit: ſuamque culpam palam teſtatus, denuò ad poſteriorem congreſsũ, prout Platus moderator iniunxerat, perſtitit.

Bis pœnas innocens nulla ſui vexatione ſubit.

Id

Id cum iterum Miniſter compertum habuiſſet, haud levi admiratione correptus, iterum ad pœnas depoſcit, eâdem, quæ antea, impoſitâ multâ. Neque abnuit Adoleſcens, neque Moderatoris imperium, uti poterat, excuſavit: verum datis iterum pœnis, a Hieronymo poſt paulò evocatur, moneturque domeſticos omnes in eius contumaciâ haud mediocriter offenſos, propterea quòd tam exigui temporis interuallo iteratam eiuſdem culpæ pœnam tyro ſubiiſſet: nec tanti eſſe patientiam, ut offenſiones contemnantur; cum illa privati boni lucrum ſit, hæ publici detrimentum: quare minimè cælatum decuiſſe, ſe Magiſtri permiſſu in poſteriorum conuvivarum cætu verſatum, ne ſe ſuperioris vitæ integritate, atque exemplis quodammodo inauguratum, ducem legum violatoribus præberet. Idem ſibi etiam occuriſse, ait ingenuus Adoleſcens, verùm ab occultâ Philautiâ metuenti viſum ſemel, atque iterum rem præmere, producturo, ſi tertiùm vocaretur ad pœnam.

Propterea tamen a Moderatore repreh??ditur.

Haud raro etiam eveniebat, ut, ſi quid alij peccaſsent, ipſe per errorem, quem ſuo ſilentio roborabat, plecteretur: non tamen diù latere poterat: ſiquidem quod in ſubeundâ pœnâ gaudium præterebat, reos ad ſeſe prodendos inuitabat:

Alios ad ſe prodendos pœnarum gaudio inuitat.

de eius animi præſtantiâ, diviniſque beneficijs, quibus ad tam excelſum ſanctimoniæ culmen evaſerat. Verùm, ut hæc explorata magis, minimèque dubia poſterorum memoriæ traderet, ab eo aliquando pro ſuâ authoritate petijt, uti anteactam vitam, atque univerſa beneficia, quibus in omni ætate cumulatus e Cælo fuerat, ordine promeret: quæ cum ab ingenuo Adoleſcente candidè aperta eſſent; eo digreſſo, ne memoriâ effluerent, brevi ſcripturâ Hieronymus comprehendit: quam deinde Virgilius Cæparius, alijque nonnulli ab eo deſcriptam evulgarunt. Tantam verò de illius integritate, atque innócentiâ, deque mirâ rerum æternarũ comprehenſione ex eâ narratione opinionem hauſit, ut quoties in Aloysij mentionem incideret, haud alio, quam ſancti Adoleſcentis nomine nuncuparet.

Totius vitæ curſũ Plato aperit.

Extant adhuc apud memoratum Cæparium litteræ ab eodem Plato ad iuvenem ex familiâ Vitelleſcâ Neapolim datæ, antequam Aloyſiũ probè, ac penitus noſſet, nempe quinto ab eius in Societatem aduentu die, quo certe nonniſi prompta, expoſitaque noſſe poterat: in his magni eum nominis tyronem appellat, quẽ minimè omnium nobilitaret maxima ceteroqui ſtirpis nobilitas. Prudentiâ ætatem prævertere,

Hier. Plati de Aloyſio teſtimonium.

re, ingenio ſupra modum, pietate ſupra fidem præditum memorat. Continuis inter orandum lacrymis fluere, eoque ſtudio, ac ſollicitudine æterna curare; fluxa negligere, ut cunctos etiam ætate graves in ſui admirationem concitet. Alia præterea complura id generis narrat, quæ ſupra exequuti ſumus, & longum ſit, ac ſuperuacaneum recolere. Illud tamen ad extremum addit (quod omittere non libet) ſeſe a graviſſimo viro Soc. Noſtræ Andreâ Spinulâ aliquando increpitum, quòd ieiunè nimis, exiliterque Aloyſium laudaſſet, cum eius virtutem benè ſibi perſpectam, exploratamque longè ſupra illas laudes extare, haud dubium foret. Poſtquàm verò eidem Plato ad eius animi penetralia admiſſo eximia dona, quibus divinitus ornatus fuerat, patuerunt; tunc enimuero ſuſpicere ultra modum, prædicare palàm, ſummâ benevolentiâ, atque officijs omnibus proſequi: cumque univerſa eius dicta, factaque vehementer miraretur, illud præ omnibus miraculo eſſe confirmabat, quòd pro modo tam illuſtris probitatis nulla ſupra naturæ ordinem adhuc miracula ederet: quòd etiam Roberto Bellarmino admirationi fuiſſe tradit Cæparius. Huius autem rei cauſam ab ipſis quærentibus teneri fortaſſe quis dixerit, ſed non ſatis agno-

Quare prodigia Aloyſius in vita non ediderit.

 ſci:

ſci: nimirum tam illuſtrem ſanctimoniam propt rea conſuetis e Cælo prodigijs Deum teſtari noluiſſe, quia tam illuſtris fuit: proinde minimè indiguit prodigiorum teſtimonio, præſertim apud ſapientes, quibus non prodigia ſanctitatem commendant, ſed ſanctitas prodigia. Ea enim a præſtigiarum ſuſpicione vindicat, quo ferè pacto regia geſtantis conditio articulorum gemmas adulterij crimine abſoluit. Hâc fortaſſe de causâ nec Mariam Dei Genitricem, nec alios Cælo cariſſimos viros, quòd cum gente excultâ, atque eruditâ verſarentur, oſtentis ullis in vitâ illuſtratos novimus: tametſi quibus cura barbaros erudiendi demandata eſt, impijs etiam quandoque, ut in Euangelio traditur, prodigiorum authoritate, quaſi litteris publicis Divino ãnulo obſignatis, munire oportuerit. Quare eiuſmodi oſtenta nec probitatem efficere, nec planè oſtendere credendum eſt: animique dona ea tantummodo eſſe, quorum vis, & magnitudo Divinam in nos benevolentiam metiantur. Hæc cenſenda vera ſanctitatis inſignia, quibus impij ornari nequeant, cum pios, quos exornant, efficiant, nec fieri ullo modo poſsit, ut pietate impietas exornetur.

CA-

CAPVT V.

Cetera probitatis documenta in eadem Domo ab Aloyſio data.

BInos Aloyſius in eâ Domo menſes moratus ita ſuam in Divino cultu, ac domeſticâ diſciplinâ diligentiam probavit, ut omnibus præbuerit, quæ ab omnibus virtutis exempla petitum aduenerat. Haud exigui operis ſit, univerſa complecti: pauca tamen ſubijcere ſat erit, unde ceterorum ſpecimen capere deceat. Mos illi erat, quoties in Sacrario verſanti a rebus Divinis otium eſſet, in angulum ſeſe recipere, ibique facto ſilentio, vel mente, vel ore Superos precari, ſive pium aliquem libellum evoluere. Sub hæc tempora venit aliquando ad eum vir amplisſimus atque Eccleſiæ purpuratus Hieronymus Roboreus ei propinquitate coniunctus, quem ut ad ſe accedentem, ac loqui parantem Aloyſius proſpicit, modeſto riſu interpellans, negat ſibi facultatem cum eo verba faciendi adeſſe: quâ ille religioſâ conſtantiâ mirificè delectatus ſuæ dignitatis contemptum in tantæ

Purpuratũ alloqui ſine licentia recuſat.

virtutis materiam libenter contulit : quare illum non antea auſus eſt alloqui, quàm a Præſide Aquavivâ per nuncios ad id allegatos poteſtas fieret.

Æditum ſumma veneratione colit.

Si quando uſuveniret, ut de re aliquâ Æditus ab ſe conſulendus eſſet; illum adibat, eique ſtans aperto, ac prono capite, iunctis præterea ſub pileolo manibus, adeò verecundè, quod venerat, aperiebat, ut ſuo eum pudore quodammodo ſuffunderet: pudebat ſiquidem intueri tantæ dignitatis Adoleſcentem coram ſe abiecto homuncione, tanto cum pudore, ac reverentiâ verſari. Eiuſdem verò imperio tam promptus, atque alacer Aloyſius obſequebatur, ut ſi Chriſtum coram loquentem, atque imperantem audiret: quem morem ſemper retinuit, ut non eum, qui mandata perferret, ſed qui mitteret, animo contemplaretur. Inde enim quaſi audito Numinis imperio ſummam ſe capere voluptatem aiebat, & par ex voluptate obtemperandi ſtudium. Ita tyronem illum, qui tenuem aliquam in ceteros poteſtatem, & Ianitoris vocabulo dilutam gerit, per quàm officiosè, ac diligenter obſeruabat. Aſſurgere enim ſolebat venienti, nudare caput, principem exhibere locum, omnibus honoribus impertire: quoad tandem tyro idem eiuſmodi ho-

horum

niorum impatiens a tyronum Magiſtro, ut modum Aloyſio imperaret, obtinuit.

Illud in hâc re admiratione non vacat, quòd diceret, ſibi gratius accidere, ijs ſubeſſe, quos corporis, animique dotibus minus ſe, quã quos magis auctos cerneret, idque non gloriæ negligentiâ, ſed ſtudio: ſiquidem, aiebat, ſi popularis iudicij trutinâ res ipſa penſetur, ægrè homo homini, quem naturâ fortunâque ſibi ſubiectum intelligat, ſubeſt: at Deo O. M. eiuſque perſonam ſuſtinenti ſubeſſe, nulla ſeu natura, ſeu fortuna recuſat: cum ei cuncti ſeruiant Reges, quin & cuncti regnent, qui ſeruiant. Is verò qui Dei vicem præſtat, quò humilior eſt, ſuiſque minus ornamentis tectus, eò alienam, vicariamque poteſtatem nudat magis: proinde cum liquidiùs conſtet, officia homini delata ab eo non ſiſti, ſed ad Deum pertingere, iucundiùs longè, & glorioſiùs deferuntur. Libentiùs inferioribus ſe, quã ſuperioribus paret.

Eòdem ferè pertinet, quòd cum quintâ die hebdomadæ ſanctæ ad Chriſti ſepulcrum lucernarum cuſtodia ei ab Æditùo eſſet commiſſa; haud unquam toto eo tempore, quòd plures horas tenuit, ad ſepulcri ornatum contemplandum oculos erexit. Roganti deinde cuidam, ut ſacri illius monumenti apparatus placuiſſet, negavit id placere potuiſſe, cui ſpectando minimè Obſeruata ad litteram mandata.

mè oculos permiſerat : nec ſecus ſibi licere exiſtimaſſe , quando ab Æedituo alia curare iuſſus eſſet .

Lapſis matutinis horis, ſacriſque omnibus in templo peractis , mos eſt illius Domus tyronibus , ut alij ad alia munera obeunda , prout quiſque in mandatis habuerit, diſcedant. Sunt, quibus cura legendi ſuper menſam cõmittitur : ſunt qui ad culinam , ut coquo operam præbeant, deſtinantur : aliquibus ianua cuſtodienda , alijs inuiſendi , detinendique remiſſionis tempore ægroti delegantur . Obuenit aliquando etiam Aloyſio , ut in culinâ miniſtraret , quod tantâ lætitiâ præſtitit , quantâ qui Chriſto ipſi , quem cunctis , ut antea diximus, nudatum ornamentis in coquo perſpicuè agnoſcebat , re ipsâ inſeruiret . Aliàs Anagnoſtæ munus adeptus , accuratus , ut qui maximè , inter legendum erat . Altâ voce pronunciabat, tardâ tamen , ſuiſque interuallis diſtinctâ, ne verborum præeuntium murmur nondum compreſſum proximè ſequentium ſonum vitiaret . Id lectores noſtri diligenter animaduertãt velim, qui ſuas partes tunc demum egregiè ſe peregiſſe putant , cum plurima nobis unâ menſâ grãdi ſtrepitu lectitaverint : quod contra accidit, nam quò plura clamoſo ex ore præcipitant, eò

In coquo Chriſtum agnoſcit.

Menſæ lector animaduerta:

pau-

pauciora animos epulantium ſubeunt, cuius rei ea cauſa fortaſſe fuerit, quòd poſteriora verba præcedentium bombo obruta, corruptaque univerſam ſententiam perdant. Quod ſi, ne quid intercidat, omnis mentis intentio in epulas diſpertita ab Anagnoſte exigatur, nulla fortè ut importuno exactori conceditur, eiuſque vitio tota ſæpè in patinas merſa captandæ ex ijs iucunditati vacat, quam ex lectione deſperat. Accidit aliquando, ut inter legendum ſtrepitus quidam propè triclinium factus lectionem minimè exaudiri permiſerit. Hâc uſus occaſione tyro ceteris præfectus incuſare Aloyſiũ cœpit quòd Patres eo die conſuetâ animorum eſcâ fraudaverit: omnemque eius rei culpam in illius negligentiam, periclitandæ æquitatis, & manſuetudinis ſtudio, coniecit. Ad hæc optimus Adoleſcens nullâ defenſione quæſitâ, veluti obiecti criminis reus veniam imploravit, datâ fide, ſeſe damnum præſtaturum, cum primùm liceret, eâdem, quæ ſtrepitu interciderat, lectione iteratâ: quod & mirâ animi tranquillitate, in proximâ mensâ perfecit.

Ea verò conſuetudo apud ipſum plurimum inualuerat, ut quaſuis pœnas ſeu culpæ, ſeu negligentiæ nomine falsò irrogatas, alacri animo penderet: nec falſitatem criminis pœnarum Pœnas falsò irrogatas liber pendit.

acceſſionem, ſed levamen putabat, cum illis ſupplicij infamiam, quæ maxima pœnæ pars eſt, adimeret: quare cum nunquam patientiùs, quam ubi innocens reprehenderetur, nec unquam eius patientia, quàm ubi tentaretur, quaſi violatus calibe ſilex, illuſtriùs emicaret; haud rarò in eiuſmodi reprehenſores incidebat, qui non multum in examinando crimine laborabãt, certi nunquam ſe iniuſtè, quia nunquam inuitum reprehenſuros. Viſum eſt aliquando Hieronymo Plato, Aloyſio mandare (quò eum à nimiâ mentis intentione avocaret) ut ſolitos à cibo congreſſus reliquis diutius traheret: ſic ut quanquam ad priorem menſam accubuerat, cũ ijs, qui in poſteriore comederant, ſermonem produceret. Paruit ille, ac ſoluto priorum conuiuarum cætu, cum poſterioribus loqui perrexit. Quod cùm Miniſter (eo nomine, qui ſecundus a Rectore præeſt, appellant) obſeruaſſet, id impunè illi eſſe non tulit, ſed accerſito pœnam indicit, publicè ut proximâ menſâ violati ſilentij ſe reum agat. Ille, nè contemnendi ſui occaſioni deeſſet, promptè quod iuſſus fuerat, nullâ de Hieronymi præſcripto mentione factâ peregit: ſuamque culpam palam teſtatus, denuò ad poſteriorem congreſsũ, prout Platus moderator iniunxerat, perſtitit.

Bis pœnas innocens nulla uſu vex uſatio ne ſubit.

Id

Id cum iterum Miniſter compertum habuiſſet, haud levi admiratione correptus, iterum ad pœnas depoſcit, eâdem, quæ antea, impoſitâ multâ. Neque abnuit Adoleſcens, neque Moderatoris imperium, uti poterat, excuſavit: verum datis iterum pœnis, a Hieronymo poſt paulò evocatur, moneturque domeſticos omnes in eius contumaciâ haud mediocriter offenſos, propterea quòd tam exigui temporis interuallo iteratam eiuſdem culpæ pœnam tyro ſubijſſet: nec tanti eſſe patientiam, ut offenſiones contemnantur; cum illa privati boni lucrum ſit, hæ publici detrimentum: quare minimè cælatum decuiſſe, ſe Magiſtri permiſſu in poſteriorum conuvivarum cætu verſatum, ne ſe ſuperioris vitæ integritate, atque exemplis quodammodo inauguratum, ducem legum violatoribus præberet. Idem ſibi etiam occuriſse, ait ingenuus Adoleſcens, verùm ab occultâ Philautiâ metuenti viſum ſemel, atque iterum rem præmere, producturo, ſi tertiùm vocaretur ad pœnam.

Propterea tamen a Moderatore reprehẽditur.

Haud raró etiam eveniebat, ut, ſi quid alij peccaſsent, ipſe per errorem, quem ſuo ſilentio roborabat, plecteretur: non tamen diù latere poterat: ſiquidem quod in ſubeundâ pœnâ gaudium præferebat, reos ad ſeſe prodendos inuitabat:

Alios ad ſe prodendos pœnarum gaudio inuitat.

tabat : quod & libenti animo efficiebant, ut luentes & ab ſe nocentibus, & ab altero innoxio unâ operâ crimen eluerent.

Reliquis horis pomeridianis, vel Patres ad publicas cuſtodias vinctis ſacrâ exomologeſi expiandis, vel ægris ad noſocomia inuiſendis comitabatur. Quo tempore, ubi ſocius confitentibus operam daret, ipſe ceteros, quò ſe ad id myſterij ritè compararent, iuvabat. Cum domi manere opus eſset, tunc vel ei everrendæ, vel flagris, cilicijſque texendis, vel humilibus alijs eiuſmodi muneribus obeundis erat intentus. Lineas aliquando veſtes unà cum ſocijs in veſtiario complicanti, incidit cogitatio, ſe nihil eo die e D. Bernardi codice, uti conſueverat, delibaſse: itaque præſtare, dimiſſis omnibus, ad lectionem contendere: verùm mutatâ exemplo ſententiâ hoc pacto eiuſmodi cogitationi occurrit. Si D. Bernardi codicem legeris, quid aliud is tibi author eſse poſſit, quàm ut obedienter iuſsa Regentis peragas? ſtatue igitur te legiſse, & nè migres, quò tibi eo authore ſit redundum.

Obedientiam ſacræ lectioni pulcra ratione præfert.

* *
*

CA-

CAPVT VI.

Tyrocinij Domum regreditur. Vita inibi acta.

BInos poſt menſes tyronum domicilium ad Collem Quirinalem ſitum repetit Aloyſius, antiquâ pietate Patrum exemplis auctâ, & ad parem incremento maturitatem perductâ. Vniverſis ibi tyronum muneribus tam ſtudioſè, atque accuratè fungebatur, ſuas uti partes nũquam requiri permitteret: neque ulli unquam in rebus ab eo geſtis obſeruare licuit, quod a perfectiſſimâ vivendi regulâ aberraret. Quin etiam ſibi ipſi perquàm rigido ſuarum rerum cenſori nihil offerebatur, quòd obiurgatione, & correctione dignum videretur. Quam ob rẽ anxius aliquando ad tyronum Magiſtrum venit, magno ſe in metu verſari dicens, ne in illas mentis tenebras incidiſſet, quas non ſine ingenti animorum diſcrimine quibuſdam obduci ſolitas audierat. Siquidem, ut ſumma ſeſe diligentiâ, ſuaque omnia, nedum dicta, factaque, verùm & cogitata eſſet rimatus, nihil de-

Nihil in ſe reprehenſione dignũ agnoſcit.

Inde ſe mentis tenebras ſubiiſſe timet.

tabat : quod & libenti animo efficiebant, ut luentes & ab ſe nocentibus, & ab altero innoxio unâ operâ crimen eluerent.

Reliquis horis pomeridianis, vel Patres ad publicas cuſtodias vinctis ſacrâ exomologeſi expiandis, vel ægris ad noſocomia inuiſendis comitabatur. Quo tempore, ubi ſocius confitentibus operam daret, ipſe ceteros, quò ſe ad id myſterij ritè compararent, iuvabat. Cum domi manere opus eſset, tunc vel ei everrendæ, vel flagris, cilicijſque texendis, vel humilibus alijs eiuſmodi muneribus obeundis erat intentus. Lineas aliquando veſtes unà cum ſocijs in veſtiario complicanti, incidit cogitatio, ſe nihil eo die e D. Bernardi codice, uti conſueverat, delibaſse: itaque præſtare, dimiſſis omnibus, ad lectionem contendere: verùm mutatâ extemplo ſententiâ hoc pacto eiuſmodi cogitationi occurrit. Si D. Bernardi codicem legeris, quid aliud is tibi author eſse poſſit, quàm ut obedienter iuſsa Regentis peragas? ſtatue igitur te legiſse, & nè migres, quò tibi eo authore ſit redundum.

Obedientiam ſacræ lectioni pulcra ratione præfert.

* * *

CA-

CAPVT VI.

Tyrocinij Domum regreditur. Vita inibi acta.

BInos poſt menſes tyronum domicilium ad Collem Quirinalem ſitum repetit Aloyſius, antiquâ pietate Patrum exemplis auctâ, & ad parem incremento maturitatem perductâ. Vniverſis ibi tyronum muneribus tam ſtudioſè, atque accuratè fungebatur, ſuas uti partes nunquam requiri permitteret: neque ulli unquam in rebus ab eo geſtis obſeruare licuit, quod a perfectiſſimâ vivendi regulâ aberraret. Quin etiam ſibi ipſi perquàm rigido ſuarum rerum cenſori nihil offerebatur, quòd obiurgatione, & correctione dignum videretur. Quam ob rẽ anxius aliquando ad tyronum Magiſtrum venit, magno ſe in metu verſari dicens, ne in illas mentis tenebras incidiſſet, quas non ſine ingenti animorum diſcrimine quibuſdam obduci ſolitas audierat. Siquidem, ut ſummâ ſeſe diligentiâ, ſuaque omnia, nedum dicta, factaque, verùm & cogitata eſſet rimatus, nihil de-

Nihil in ſe reprehenſione dignũ agnoſcit.

Inde ſe mentis tenebras ſubijſſe timet.

deprehendere valuit, unde meritò vel leviſſimæ noxæ reus agi poſſet, quod in homine tot tam gravium criminum manifeſto nonniſi ſummæ cæcitatis argumentū foret. Re ipsâ tamen alia nulla cæcitas deprehenſa, niſi quam inſignis eius modeſtia (oculos, ne ſe ipſe quidē ſuaſque virtutes cerneret, continendo) induxerat. Id ut planum fiat nonnulla ſubijciam, unde liqueat, fraudibus nullis in eam mentem aditū patuiſſe, quam tot virtutum præſidijs interclusam S. Adoleſcens perpetuò tenebat.

Primùm igitur, cum ab ineunte ætate ſummam diligentiam in cohibendis cupiditatibus adhibuiſſet; id ſibi virium, ac poteſtatis aduerſus earum impetus comparaverat, ut nullis earum vel primis motibus concitaretur, ſed fidas virtutis ſatellites (quod munus illis a naturâ commiſſum) atque adminiſtras haberet. Haud enim unquam ab eo rerum gerendarum in conſilium turbidæ cupiditates adhibitæ: ſed iudicio, arbitrioque penès rationem dimiſſo; quidquid ab eâ ſancitum eſſet, illis urgendum tradebatur. Eius rei complures ex noſtrâ Societate, quibus Aloyſij omnia longo uſu benè perſpecta fuerant, authores ſunt: feruntque nunquam ab ſe non modo in ullâ vel minimâ noxâ deprehenſum, ſed nè improviſo quidem

Cupiditates virtutis ſatellites habet.

iræ,

iræ, aut cuiuslibet alterius perturbationis impetu tentatum. Quin etiam bonarum, ſanctarumque rerum deſideria ſuſpecta illi sẽper fuiſſe, atque earum initijs occurrere feſtinaſſe, ne ſollicitudines illas in animum importarent, quæ Deum nimis anxiè quæritando fugant, turbatâ ſcilicet pace, in quâ ſolâ *factus eſt locus eius*, ut monet Regij vatis oraculum.

Primis mõtibus carẽt

Deſideria etiã pia in officio cõtinet.

Pſ. 75. 3.

In conſuetis noſtrorum a cibo congreſſibus nunquam victoriæ ſtudio, clamoſo dicendi genere utebatur, uti mos eſt nonnullis, qui rationis vi deſtituti auxiliares verborum copias parant, ut multitudine obruant, quos paucorum virtute vincere nequeunt. Verùm ſui animi ſententiâ in medio poſitâ, relictâque, cuilibet obloquenti, ac repugnanti manus eveſtigiò dabat. Si quando tamen rei gravitas patrociniũ quæreret; tunc ſubiectâ iterum ad tuendam veritatem ratione, idque animo mirum in modũ ſedato, ubi alius nequaquam admitteret, ac porrò inſtaret; ipſe deſertâ causâ, perinde, ac ſi ſua minimè referret, ſilentium ſibi, ac litibus indicebat. Itaque perpetuam quandam animi ſecuritatem, perturbationibus in ordinem redactis, & pacem nactus, in aſſiduâ eâdemque maximè iucundâ Dei conſuetudine acquieſcebat.

Cõtentiones, & clamosũ dicendi genus vitat.

Quid de orādi ſtudio ſentiret.

Precandi, ac Divina meditandi ſtudio uſque adeo tenebatur, ut in eo ſpem omnem Evangelicæ Perfectionis locatam duceret, nec ad eius culmen quemquam evaſurum affirmaret, quem id præſidij deficeret. Quin etiam prompta Religioſorum quorundam in omnem licentiam ingenia, paremque cupiditatibus obſequentiam, ac legibus repugnantiam nonniſi ex neglectâ meditatione, ac precibus proficiſci: ac mirari ſe ſatis non poſſe, aiebat, ſupinam eorum negligentiam, qui omiſſam ob alias occupationes meditandi curam, etiam dum vacaret, minimè revocarent. Ipſe verò, quem non neceſſitudo duntaxat, ut ceteros, ſed deliciarum, & voluptatis amor ad orandum vocabat; ſi quando ſtatis temporibus preces abrumpere, ſeu intermittere cogeretur, ut primùm copia fieret, ad eas conuolabat.

Bellarminus ſe in eo ſtudio Aloy: diſcipulum profitetur

Porrò ex ijs quæ inter meditandum uſu, & experimento didicerat, eò prudentiæ devenerat, ut Robertus Bellarminus vir tam eximiè doctus, ſe ex eo nec pauca, nec vulgaria huius artis documenta didiciſſe affirmaret. Cum enim in Romano Societatis Collegio rebus ſalutaribus Præfectus ſacras Ignatij Parentis cōmentationes traderet, ac peculiare aliquod, præclarumque datâ occaſione meditandi documen-

mentum ſubijceret, addere ſolitus erat: *atque id ab Aloyſio noſtro didicimus*. Illud etiam S. Adoleſcenti in moribus erat, ut pridie quàm alicuius myſterij meditationem aggrederetur, eius capita per octavam ferè horæ partem legendo diligenter præciperet, ac memoriæ cõmitteret: tum ſimul illuxerat, id agebat, ut paulò antequam contemplationem iniret, reliquis omnibus mente depulſis, animum uni illi curæ intentum, ceteriſque vacuum traderet: negabat verò menti ſollicitudine aliquâ, vel cupiditate terrenis rebus inhærenti, ac veluti humo defoſsæ ad ſuperna evolandi poteſtatem fore. In eam ſententiam hanc quoque ſimilitudinem ab illo uſurpatam memorant. Quo pacto aqua ventis concitata obiectam hominis ſpeciem, ſi turbida fluctuet, minimè refert; ſi nitida, membra omnia diſſecta, ac ſeiuncta imitatur; ita mens pugnantibus perturbationũ ventis iactata, perturbataque, vel cæleſtium rerum imagines reddere omninò nequit, vel ita monſtroſas exhibet, ut ad earum amorem, & curam nequaquam pelliciat.

Similitudo ad explicandam neceſſitatẽ attẽtionis in meditando.

Dato ad orandum ſigno, eveſtigiò in terrã corpore, vultuque procumbens, præſentis Numinis Maieſtatem adorabat. Inde omnem eò diligentiam conferebat, ne qua aliena cogita-

Quãta ab eo inter orandũ adhibita attentio.

tio menti ſubreperet, eòque etiam ſaliuæ orē egerendæ, vel neceſſitate ſuadente, temperabat. Totus verò erat in propoſitâ materiâ penitus perſpiciendâ, eiuſque partibus, atque adiunctis animo perluſtrandis: eò aliquando mentis contentione progreſſus, ut reliquum corpus animus deſtituiſſe, inque caput migraſſe omnis videretur: tantus membra cetera languor inuaſerat. Quamobrem ubi precandi tēpus exierat, ſurgere inualidus eodem in loco aliquanto temporis interuallo reſiſtere cogebatur. Haud raro etiam contigit, ut contemplationis horâ tranſactâ, mens a ſenſibus abducta, ubi nam gentium, aut locorum eſſet, ſatis ſcire non poſſet: idque potiſſimùm uſuveniebat, cum Diuinam Bonitatem, Sapientiam, Prouidentiam, ceteraſque laudes, item infinitam earum præſtantiam contemplaretur. Quo tempore tanta erat vis lacrymarum, ut qui domui præerant, nequid oculi detrimenti caperent, ab ijs temperari iuſſerint: ſed prorſus incaſſum, lacrymis, ut fit, ipsâ imperij compreſſione uberiùs expreſſis.

Viribus ac ſenſu, poſt contēplationē deſtituitur.

Vis lacrymarum in orando.

Quanta illi eſſet in orando mentis intentio, vel ea res indicio fuerit, quod cum ſit moris apud noſtros ſingulis ferè diebus unum certum a Rectore deſignari, cuius ſit matutinæ precationis

Meditationis tempore nunquā ſe inſpectū animaduertit.

tionis tempore cubicula obeundo explorare, num univerſi ſacris meditationibus vacent; ipſe tamen, quandiu nobiſcum egit, uſque adeo precibus erat intentus, ut nunquam ſe inſpectari animaduerterit. Ita enim in inſtitutā meditationem ſeſe penitus demittebat, ut ferè nunquam, quemadmodum author eſt Bellarminus, ceterique eius Moderatores, inter orandum mente in aliā dilaberetur: quod etiam eius ipſius ore teſtatum habemus: qui cum Collegij Romani Rectori rerum ſuarum de more rationē redderet, illud ingenuè faſſus eſt, alienas omnes cogitationes, quæ ſeu ore, ſeu mente precanti proximo ſemeſtri interuenerant, ſi conferrentur in unum, Angelicæ ſalutationis ſpatium minimè completuras. Eò denique ſingulari Dei beneficio, propriā etiam aduitente industriā, gradum fecerat, ut ſpecies nulla, cogitatioque, niſi ad arbitrium ſuū evocata, eius mentem ſubiret. Quâlibet præterea cogitatione, ita, ſi collibitum eſſet, illius animus ſeſe colligere, atque ab exterioribus avocare poterat, ut nihil omnium, quæ aſtantes agerent, vel obſtreperent, ſenſibus veluti exanimatis perciperet.

Mentis euagationes ſemeſtri ſpatio ſalutationis Ang. tēpus non implent.

Nihil mētem ſubit non evocatum.

Si velit, exteriora nō ſentit.

Pſalmos, aliaſque preces ore fundentem uberes cæleſtium gaudiorum deliciæ opplebāt:

præſertim dum Davidicos Hymnos concineret, quos intentè, atque intelligenter recitare ſtudebat, haud ignarus ſtultè exigi ad Superos peruenire, quæcunque nec ad loquentis aures, ſeu mentē perueniant. Quapropter aſſumptis unà cum vocibus ſacrorum carminum ſententijs, pia Regij vatis deſideria cooptabat, ac veluti ſua exprimere conabatur: tantoque impetu ſeſe in ea interdum induebat, ut proferendis verbis ægrè vires ſuppeterent. Hinc dum canonicas Sacerdotum ritu preces in tyrocinio, Præſidis permiſſu, recitaret, ſolis nocturnis haud minus horam impendebat. Illud unum quandoque moleſtiæ nonnihil exhibuit, quod, qui ſenſus verborum eſſet, penetrare non ſtatim valeret. Quare cum aliò mente digredi nollet, ſimile quid ſibi per id tempus contingere dictitabat, quod homini ingredi occluſis foribus conanti, cui nec abſcedere conſilium ſit, nec introire facultas.

Ita ſententiæ vacat, vix ut verba proferre queat.

Integram horam nocturnis pſalmis impendit.

Gaudebat potiſſimùm in Chriſti cruciatibus, ac ſacroſancto Euchariſtiæ myſterio meditandis immorari. Angelorum præterea, atque eius præſertim, cui fuerat in tutelam traditus, iucundiſſima commentatio, eòque frequentiſſima erat. Inde verò tantam illorum præſtantiæ opinionem hauſerat, ut Vincentius Brunus

ſacra-

ſacratum Meditationum nobilis ſcriptor, haud neſcius quàm benè de Beatis illis mentibus S. Adoleſcens ſentiret, earum Meditationem illi conſcribendam mandaverit, totidemque verbis in ſuos commentarios retulerit. Id tandem haud dubiè affirmare liceat, eius vitam perpetuo quodam orandi ſtudio traductam, eumque perfectè exequutum Euangelicum illud: *Oportet ſemper orare, & non deficere*: idque non eò ſolùm, quòd ſemper benè ageret (quæ Auguſtini interpretatio eſt) ſemperque propterea pactam benè agentibus mercedem tacitè depoſceret; verùm etiàm quòd mentem in Deum intentam, quibuſcumque occupationibus implicatus, gereret. Hinc mirari ſe nonnullos aiebat, quos ſummam difficultatem lamentantes audiret, mentis aciem in Deum defigendi, itēque parem ſibi difficultatem adeſſe teſtabatur, ab eò avocandi. Nam tametſi ſummis negotijs diſtineretur, haud unquam ceſſabat Divina caritas ad eius pectus incredibili cum ſuavitate affluere: unde tāto illi ardore præcordia æſtuabant, ut in reliquum corpus ignis manaret, & ſuccenſi vultus rubore proderetur. Interdum cor eo amoris incendio inuolutum tam crebro, & citato motu agebatur; ut coſtarum, quibus cohibetur, cancellos effringere, atque exitum moliri videretur.

Angelorū meditationem litteris mādat, eamq: inter ſuas vulgat Vincent: Brunus.

Sēper orat etiā cum alijs negotijs dētinetur.

Amoris incendio totus ęſtuat, & cor mirificè concitatur.

Cæleſtes deliciæ corpus extenuant.

Hæc cæleſtium gaudiorum affluentia uſque adeo mentem ſibi totam vindicaverat, ut curâ omni corporis abiectâ, ſemper in dies capitis doloribus urgeretur magis, & macie tenuatus langueſceret. Ne igitur valetudinem prorſus perditum iret, univerſis corporis pœnis, quibus hactenus ſeſe diſcruciaverat, ſibi in poſterum interdictum eſſe, tyronum Præfectus denunciavit. Inde dormiendi ſpatio producto, atque orandi primùm contracto, mox etiam ſublato; ademptâ inſuper breuium illarum precum frequentiâ, quas e medijs occupationibus iaculari ad Superos conſueverat, feriò ſignificavit, illud in animum induceret, quò magis corporis cruciatibus parceret, quòque minùs Divina meditaretur, atque universè diligentiùs valetudini ſtuderet, eò Divinæ Maieſtati gratius facturum. Adoleſcens (quâ erat ad omne Præſidis imperium, nutumque facilitate) mandata exequi non diſtulit: & ea quidem, quorum poteſtas illi erat, haud cunctanter peregit. Vna tamen cura nonnihil anxium habuit, quod ſanctas de Divinis rebus cogitationes amoliri, nulla eſſet facultas, nec Deo repellendo parem ſe eſſe cerneret. Ex inueterato enim more Divina mente tractandi, atque omnia in Deum referendi, id erat aſſequutus, ut quidquid rerũ

Iubetur impenſiùs valetudini ſtudere.

Sanctas cogitationes amoliri ſine capitis offenſione nõ poteſt.

oculis

oculis occurreret, Numen, cuius erant veſtigia, referret. Quare nec eâ lege ad id ſe adigi rebatur, ut quam Deus ipſe, ultro ſeſe menti offerendo, abrogaret: & præterea longè capitis valetudini (cui lex caveret) infeſtius foret, Deo ſeſe inſinuanti repugnare, quàm ſine pugnâ in eius iucundiſſimâ cogitatione acquieſcere. Conabatur nihilominùs, quoad liceret, morem imperio gerere, nullis precibus, ſeu Divinis cõmentationibus ſponte ſuſceptis. Quò tamen earum iacturam, uti fas eſſet, penſaret, crebrò Templi odæum ſubibat, ſacramque Euchariſtiam demiſsè venerabatur: verùm ne quâ ſubitâ in Deum cogitatione raperetur, vix humi flexo poplite, Deique adorato Numine, actutum ſeſe in fugam conijcere: quò tamen celerius ire pergeret iubenti Deo obtemperaturus, hoc ardentiùs Divinâ caritate æſtuare, eòque demum fuga revolui, unde aufugere deſtinaverat. Aderat enim, occurrebatque fugienti Benigniſſimus Deus, ſinuque, & complexu receptum blanditijs omnibus delinibat. Quo tempore ſumma illi difficultas, aliud quodlibet opus aggrediendi, cui ſcilicet mens Divinis intenta delicijs adeſſe haud poterat. Veritus autem, ne ſupernas illas voluptates ſuo aliquo conatu minùs prudens accerſeret, a Deo ite-

Fugienti, ut pareat, Deus occurrit, ac cæleſtibus delicijs replet.

Poſcit a Deo, ut a ſe recedat.

iteratis vocibus depoſcebat, uti ab ſe recederet, quando ipſius iuſſu ei vacare prohiberetur. Vſque adeo illi Divina cordi erat voluntas, ut ne Numinis quidem complexus, ſeclusâ eius benevolentiâ, voluptati foret.

***

CAPVT VII.

Neapolim valetudinis cauſa proficiſcitur: virtutum exempla ibi relicta.

DVm hæc Romæ virtutis exempla proderet; rumor fuit, Aloyſium unâ cum Io: Baptiſta Piſcatore tyrocinij Præfecto Neapolim curandæ valetudini, quæ utrique ſatis incommoda, brevi profecturum. Id cum ad tyronũ reliquos perueniſſet, ingenti cunctos dolore affecit, ſatis gnaros uno tempore geminos ſibi duces ad virtutem adimi, quorum alter præcipiendo, alter præeundo viam monſtraret. Res autem ita habuit. Dudum cruentâ excreatione lecto tenebatur memoratus Piſcatór, cum Claudius Aquaviva,cui tantus vir maximè cordi erat, illi, de Medicorum ſententiâ, Neapolim concedendum, ut primùm per vires liceret, denuntiavit, eâ nimirum fiduciâ ductus, Neapolitani Cæli clementiam cum Romani gravitate commutatam levamen aliquod allaturam. Itaque dum æger paululùm a morbo recreatus ad iniunctũ iter accingitur; ex Aloy-

ſio

ſio fortè obuio percontatur, velitne ſibi comes Neapolim ire. Ille, ut erat ad poſtulata facilis, præſertim ubi peteret, quem non petiturũ, niſi concedenda noſſet; ſtatim reſpondit, ſe verò paratum eſſe, ac libenter, ſi ita ei videretur, iturum. Verùm re poſtea diligentiùs cõſideratâ, eius reſponſi nonnihil pœnituit, veritum ne quid momenti apud Moderatores ad rem decernendam afferre poſſet: habuit proinde religioni, neutrò ſe inclinatum, atque in eorum, qui præeſſent, poteſtate futurum, non reſpondiſſe. Claudius tamen, nullâ habitâ reſponſi, ſed ſolâ valetudinis ratione, Aloyſio, alijſque duobus tyronibus pariter affectis ſignificari mandat, uti ad iter Neapolitanum unà cum Magiſtro ſuo faciendum ſeſe comparent. Quo audito lætus ſaltem eo nomine Aloyſius fuit, quòd quâ ratione iter eſſet noſtris inſtituendum a tam admirabili viro, ſe tandem, ut dudum cuperet, edoctum iri ſperaret. Etenim is erat Piſcator, qui non tyrones modò, verùm & reliquos noſtri Ordinis homines in ſui admirationem raperet: ſic prorſus, ut graviſſimi Societatis viri, & Provinciarum Præfecti, quoties in eum oculos conijcerent, animũ ſibi ſeverioris diſciplinæ cupiditate inflammari faterentur. Tantâ fuit vitæ auſteritate, ut ſemel

Io:B.Piſcatoris eximiæ laudes.

in-

indutum cilicium per ſexennium ipſum ab ſe nunquam dimiſerit: vultu tamen ſemper ſic hilaris, ut modeſto riſu dicta ſua omnia conditet: nec lepores in tempore ſaleſque deeſſe, quibus animi iucunditatem morum ſeveritate non eripi, ſed e Cælo parari; & ut nucleos duro cortice cuſtodiri declararet. Extima oris, geſtuſque compoſitio tota ex religiosæ modeſtiæ præſcripto, quam cum nec proſpera, nec aduerſa violarent, quidquid eveniret, eodem vultu tanquam ex amicâ Dei voluntate profectum benignè complectebatur. Ea in omnes ſibi ſubiectos caritas, comitaſque, ut ſinguli perſuaſum haberent, neminem ſibi, ſe unum omnibus eius opinione, & caritate præferri: quam etiam in pauperes teſtatam voluit; cum detractis ſibi veſtibus nudos eos interdum operuit. Legem quam alijs indiceret, ſe ipſe quodammodo, ſuoſque mores ſtatuerat, nihil alijs imperare ſolitus, quod ſibi antea non imperaſſet. Vnde mira eius Præfecturæ ſuavitas exiſtebat, uniuersâ imperij auſteritate duritieque in ſe ipſum edomitâ. Denique nonnullis etiam prodigijs, quàm carus ſuperis eſſet, monſtratum authores ſunt, qui illis temporibus æquales vitam litteris conſignarunt. Verũ quò alienâ vel ſuperum æſtimatione ſublimior,

hoc

hoc ſuâ ipſius humilior, nihil potiùs habuiſſe, ab iiſdem traditur, quàm ignorari, ac prætereriri. Hanc tantam virtutem demiratus Aloyſius, nihil optatius habuit, quàm ut e propinquo omnia eius geſta conſpici ad imitandum daretur. Cum enim Vir egregius nihil alios non expertus ipſe doceret, omnemque virtutis aſperitatem ſuo uſu leniret, quæcumque de illâ præcepta daret, eadem inuitamenta erant.

Voti igitur compos eâdem inſuper quâ Piſcator lecticâ, propterea quod ceteris deteriùs haberet, iuſsus eſt inuehi: quâ commoditate libentiùs aliis ceſſiſſet, niſi Magiſtri prohiberetur imperio. Verùm huic ſatiſfactū ratus ſimplici in lecticam ingreſſu, rationem iniit, quemadmodum equitantium incommoda commodior illa vectatio exhiberet: nam detractâ, quam geſtabat, hybernâ togâ, atque in orbem conglobata, ephippiorum duritiem inſidenti ſubiecta referebat.

Incōmoda ſibi in lectica artificiosè parat.

Vbi primùm Româ exceſſum, Diuis Petro, ac Paulo Apoſtolis eius Vrbis Tutoribus unà ambo fuſis precibus valedixerunt: & quidquid itineris Neapolim uſque ſuperfuit, vel Canonicâ Pſalmodiâ, vel mutuis de Diuinis rebus ſermonibus extractum eſt. Cum ad diuerſoria deventum foret, antiquiſſima Adoleſcentis cura

Totū iter precibus, vel ſalutaribus colloquiis extractum.

ra erat, ceteris inſeruire, lectiſſima queque tradere, deterrima retinere. Confecto deinde itinere ſocijs tyronibus Aloyſius narravit, longè plura paucorum dierum interuallo, ſe cum Patre familiariter verſando edoctum, ac magis in viâ virtutis progreſſum, quàm menſes complures in tyronum ſede commorando. Kal. Novembris Neapolim ingreſſi in Collegium Societatis rectà perrexerunt: quibus venientibus Patres vniverſi Aloyſij famâ exciti obuiā progredi, circumfundi, complexu ambire, ſtudijs, officijſque omnibus, uti eſt humaniſſimæ gentis ingenium, proſequi. Neapolitano Collegio Rector eâ tempeſtate præerat Vir quidam ſeverioris diſciplinæ cultor inprimis, qui quam ſibi perutilem ſenſerat vitæ auſteritatem, ægrè adduci poterat, ut ceteris abnueret. Inde maior Aloyſio data in ſe ſæviendi copia ſummo cum ipſius gaudio, iam pridem ea ſibi fræna laxari cupientis. Neapoli Philoſophiæ ſtudia dudum intermiſſa iuſſus eſt recolere: quo tempore præclara non modò ingenij præacuti, ac perſpicacis, verùm etiam religioſæ pietatis documēta dedit: Quod cùm alij complures, tum potiſſimùm is, quem in Philoſophiâ audivit, publicis litteris teſtatum, conſignatumque reliquit: quibus, & illud addidit, ſe a Io: Baptiſta Piſcatore

Al: maior in ſe ſeviē di copia data.

Ingenium Al: præacutū ac perſpicax.

tore

Io:B:Piſcatoris de Al. teſtimoniũ tore eius tyronis Magiſtro audiviſſe, ſibi non modò in ſanctorum hominum numero Aloyſiũ collocandum videri, verùm & inuſitatâ quadam ſanctimoniæ formâ, ac ſpecie præfulgentem inter præcipuos, ſanctiſſimoſque Eccleſiæ Viros referendum.

Cum ſui famam unà ſecum in eâ vrbe ignotam peregrinari crederet, eò diligenter incubuit, ne generis amplitudo in alios manaret: idcirco cum infimis quibuſque e ſeruitio Fratribus verſari, vulgarique gaudebat. Scip.Gonzagâ purpura inſignitũ audit incuriosus. Cum autem litteris eſſet perlatum, Scipionem Gonzagam in Purpuratos Eccleſiæ Patres nuper allectum; eo rem vultu accepit, ac ſi ad ſeſe minimè pertineret: licèt ſatis notæ omnibus forent magnæ inter eos, ultra cognationem, amicitiæ neceſſitudines. Togâ tritâ, atq: ad tibias decurtatam gerit. Domo aliquando prodijt togâ inſueto more ad tibias decurtatâ, præterquamquòd adeo lacerâ, ac tritâ, ſenioque veluti caneſcēte, ut poſtremum quemque inter domeſticos dedeceret. Præfectorũ erga Aloy. incuria. Quâ in re illud inſuper obſeruatum a nonnullis eſt, ſæpè noſtræ Domus Præfectis in reliquos ceteroqui maximè intentis, quid Aloyſio fieret, quid opus illi eſſet, præſertim ægrotanti, nihil propemodum penſi fuiſſe: haud ſcilicet ignaris Divinam Providentiam, cui ſat curæ eſſe ſcirent, illi, nihil ut deſidera-

ret,

ret, permiſſuram: id quod re ipsâ præſtabat; non tamen expletis, ſed amotis deſiderijs. Nam cum re verà multa vel ad victum, cultumque, vel ad ſalutem neceſſaria ſæpè deeſſent; mente in Deum ſublatâ, eorum ſe deſiderio levari, illicò ſentiebat: itaquè per fluxarum rerum defectum, omnium fontem, veluti aduerſo flumine, veſtigabat, inueniebatque. Huc pertinet, quòd cum aliquando ex eriſipelate, cognatâque febri graviter ægrotaret, fortè accidit, ut per ſummam Adminiſtri incuriam, noctem quandam ſine linteis ſtragulis non ſine gravi eius incommodo iaceret: quod tamen ipſe, ſicut & cetera eiuſmodi, quæ morbum comitando exaggerant, mirum in modum hilaris, gaudenſque tulit, ut quibus acceptum referret, cum odium præſentis, tum futuræ, & potioris vitæ cupiditatem, ac ſtudium. Quâ etiam de causâ eo toto tempore, quod integrum ferè menſem tenuit, tametſi acerrimis, aſſiduiſque doloribus conflictaretur, ſemper tamen ſerenus: ac faciliis cunctos ad ſe adeuntes blandè, comiterque appellabat, perinde, ac ſi animo Divinis rebus occupato minimè vacaret, ſui corporis lamenta cognoſcere: atque adeo mente lateret, quid inferiùs ageretur.

Noćte ſine linteis ſtragulis æger, ſed hilaris iacet.

In acerrimis doloribus ſerenus adeuntes alloquitur.

Poſtquam is morbus depulſus, ſatiſque com-

O pertum,

pertum, Neapolitanum, quàm Romanum Cælum eius valetudini inclementius eſſe (veteres enim capitis dolores increbuerant, noviſque ſubinde tentationibus premebatur) ſoli vertendi conſilia agitari cepta, Vrbiſque quamprimũ repetendæ: quod deinde Medicis authoribus peractum eſt. Hic verò iuvat quorundam Romanæ Vrbis Medicorum artificia uſu mihi cõperta in medium proferre; ne ægrotantes, vel eorum cuſtodes ſibi pueriliter in re ceteroqui graviſſimâ imponi permittant. His enim (ſermo mihi tantummodo eſt de paucis imperitis, ceteros pleroſque veneratione digniſſimos cenſeo) ſatis familiare animaduerti, ubi omnia ſuæ artis tentamenta ad morbi alicuius pertinaciam frangẽdam vana evaſiſſe perſpexerint, id eniti ſtudiosè, ut ægrum haud multò poſt certò moriturum, atque una cum eo mortis eius inuidiam, ab ſe longè amoliantur: Itaque Tibur, Tuſculum, & libentiùs Neapolim, unde longior regreſſus, amandari curant, collaudatâ ſatis magnificè eius loci ſalubritate: ibi enim, ſi æger intercidat, ſe, ſuamque inſcitiam in crimen, iudiciumque vocari haud metuunt. Ceterum, ſi hic locus eſſet, nullo negotio evincerem, Neapolitani Cæli temperiem diuturno morbo, ac præſertim ad phthiſim ſpectante af-

Nota ad cautionem quorundã medicorũ artificium

fectis

Neapolit. Cælum ad phthiſim pronis infeſtum.

fectis plurimùm aduerſari. Longa ſuppetit exemplorum ſeries, queis oſtendere liceat, quàm multos famâ eius clementiæ fretos in fidem, tutelamque venientes, vel exitio dederit, vel ſaltem deteriùs affectos dimiſerit. Præter Aloyſium, quem ibi peius habuiſſe diximus, memini me legere Carolum Spinolam (virum illum eximium, quem in odium Chriſtianæ Religionis Barbari Iapones vivum cremarunt) Neapolim valetudinis ergo profectum brevi deſerere compulſum fuiſſe, morbo ad ſanguinis expuitionem abeunte. Alios Patrum memoriâ, complures noſtrâ eundem ſortitos exitum, quoſdam etiam obijſſe, partim accepimus, partim oculis noſtris vidimus. Longum eſt ſingulos recenſere. De me id tantummodo confirmare poſsim, quod cum in eam Vrbem corpore affecto, fractiſque viribus veniſſem, paulò poſt largâ ſanguinis vomitione morti quàm proximus acceſsi, fortaſſe non evaſurus niſi terram parum amicam deſeruiſſem. Cauſam nonnulli ſubijciunt, univerſum Campaniæ tractum, & quod ſit, quàm Romanus ager ad meridiem pronior, & quòd ſubterraneis ignibus (teſtante id ſat luculenter Veſæuo) ſcateat, præferuidum eſſe: quare adoleſcentium morbos ab æſtu ſæpiùs procreatos provehere po-

Campaniæ tractus præferuidus.

Digitized by Google

tiùs, quàm remorari aptum. Vina etiam ibi admodùm feruida, atque ingentium virium potari, ceteraque edulia ſoli ingenio per ſe calida calidis etiam condimentis ſuccendi ſolita: denique ad perdendam iuventutem caloris iniuriæ maximè opportunam univerſa conſpirantia. Hæc eò dixerim, ne Patres familias, ut ſuis ſumptibus imperiti alicuius medici dedecus redimant filios adoleſcentes in magnâ domeſticorum, atque amicorum ſolitudine morituros aliò trãſmittant.

Quo hæc digreſſio pertineat.

CA-

CAPVT VIII.

Romam repetit, ibique ſtudia intermiſſa revocat.

ANno igitur a Virginis Partu MDLXXXVII ad VII Idus Maias, Neapoli relictâ, Vrbẽ repetijt, ingenti cum omnium lætitiâ, eorum præſertim qui eum in Ædibus D. Andreæ ad Quirinalem noverant, ac tum in Romano Soc. Collegio ſtudijs vacabant. Expertos enim haud vana ſpes inceſſerat, eius uſu, & familiaritate non mediocres progreſſus in Euangelicâ Sapiẽtiâ habituros. Romæ inchoatum toties Philoſophiæ curriculum tandem confecit, ſeſeque ita cunctis, quibus de eius doctrinâ cognoſcendi negotium datum, probavit; ut ſententijs omnibus longè aptiſsimus ad Philoſophicas Theſes publicè propugnandas iudicatus ſit. Dictâ diſputationi die, tres ex Purpuratis Eccleſiæ Patribus Roboreus Gõzaga, & Mõſregalẽſis miſerunt, qui diſputanti ſe adfuturos ſignificarent: quare ut aptior futuræ multitudini, atque Auditorum dignitati locus eſſet, ampliſ-

Philoſophicas theſes publicè propugnat.

Eius diſputatio habita in aula maxima. ſima eius Gymnaſij exedra præter morem deligitur. Vbi Aloyſius acutè in primis, & copiosè ad finem uſque multis, & ſecundis populi admurmurationibus diſputavit. Par erat ingenio verecundia, atque hæc illi gratiam, huic illud admirationem in vulgus conciliabat. Nunquam ad id certaminis irarum aliquid producere conſueverat, ſatis gnarus, eas in hoc pugnæ genere ad hoſtem, in ſpeciem appetentis, deficere, & cum eo contra iratum ſtare, ut quem perturbando excæcant. Verùm cum a Philoſopho quodam magni ceteroqui nominis ſummis laudibus ſe, ſuumque genus ſub oppugnandi initium efferri ſenſit, mirum quidem primò in modum erubuit, mox pudore in ſtomachum verſo, toto diſputationis tempore eius argumenta ſubiratus explicuit: proinde iras, quas alij ad iniurias, ille ad laudes propulſandas omni contumeliâ nocentiores exercuit.

Pacatus diſputat, niſi ubi ſe laudari ſentit.

Illud in hâc diſputatione præ cæteris mirũ, quòd eâ necdum initâ, in hanc cogitationem veniſſe fertur; optimum factu videri, ſi in eâ hominum celebritate comprimendo faſtui, ac ſuperbiæ, ineptis reſponſis ſtudiò redditis, imperiti hominis, ac tardi ſpeciem indueret: ne quid tamen latentis fallaciæ ſubeſſet, Mutium cogno-

Ante diſputat: ſtatuit, ſi probaretur, ineptè reſpondere.

cognomento de Angelis virum probatiſſimum, & Philoſophiam per id tempus tradentem conſuluit, num Divinæ gloriæ id conducere exiſtimaret, exequi paratus, ſi annueret. Mutius nihil cunctatus, id minimè faciendum reſpondit, nec privatas utilitates publicis procurandas diſpendijs. Vniverſas Societatis laudes ita eſſe cum communi bono coniunctas, ut quantum ex illis noſtrorum vitio deteratur, tantundem hoc detrimenti capiat. Si enim Societati noſtræ inſcitiæ notam inuſſeris, illicò externos omnes, qui Doctrinæ illecebrâ ineſcati ad nos ventitarent, & ad ſaniora conſilia revocarentur, longè averſos fugaveris. Inde noſtris, qui gravioribus diſciplinis vacant, eam legem ſtatutam, ut cum ad publicas diſputationes venerint, doctrinæ pariter, ac modeſtiæ ſpecimen, veluti eſcam captandis populis oſtentaturi, præbeant. Cum verò legum omnium, quas interprete Ignatio accepimus, Deum fuiſſe authorem credendum ſit, qui unquam fieri queat, ut Divinæ gloriæ ſtudere dicatur, qui Divina imperia contemnens, Deum imperantem abnuat? Reſponſo in hanc ſententiam accepto, tunc quidem acquievit Aloyſius; verùm certamine in medio ſubortâ iterum ſui contemnendi cupiditate, paululùm incertus hæſit, quid

Diſſuadet Magiſter Divinæ gloriæ obtentu.

Ex regul. Scholaſticorũ Soc.

Paret Aloy & ſubortã iterũ cupiditatẽ reprimit.

Digitized by Google

conſilij caperet: deinde maximum ſui contemptum ratus, præcipuam ſui partem iudicium contemnere, alienóque arbitrio ſubmittere, quàm accuratiſſimè potuit, ut monitus fuerat, obiecta diluere conatus eſt.

Magiſtrorũ doctrinam nunquam carpit.

Peracto Philoſophiæ curriculo, ad ſtudia Theologica animum adiecit, in quibus D. Thomæ Aquinatis doctrinâ, ac placitis mirificè ducebatur. Complures audijt Magiſtros, quos inter Franciſcum Soarium, & Gabrielem Vaſquium tantis nobilitatos monumentis: eos verò ita venerabatur, ut ſcita omnia, methodũ, ſtylum, & quidquid illorum eſſet, laudibus attolleret, nunquam auditus aliquid carpere, vel improbare, ut mos eſt diſcipulis nonnullis, qui ubi Magiſtros deſpexerint, ſuperaſſe putant, inſcij culicum, & formicarum eſſe per ſummam ignorantiam Leones deſpicari, eorumque rictus ſecurè ingredi, ac morſibus in ſui perniciē excitare. Parem illi gratiam referebant Magiſtri, ſoliti Aloyſium ingenio, iudicio, probitate, ceteriſque animi dotibus præſtantem paſſim omnibus prædicare. Nonnemo ex ijs teſtatus eſt aliquando, ab Auditorum nullo quæſtionem ſibi oblatam, cui explicandæ ſpatium poſtulaverit, præter unum Aloyſium, qui ingenij celeritate, & ſuam, & æqualium

Eorũ de Aloy: ingenio teſtimonium.

ſuorum

ſuorum ætatem præverterat. Per id omne tempus quod in ſtudja litterarum impendit, illud generatim dicere licet, Aloyſium moribus expreſſiſſe quidquid Parens Ignatius legibus deſignaverat, cum eas Religioſis noſtri Ordinis diſcipulis ſcripſit. Nullam ex illis vel minimam violavit unquam, quin etiam nec ullam minimam duxit, cunctas menſus Divinæ Authoritatis magnitudine. Antequàm in ſuo conclavi ſtudendi initium faceret, ſolitus erat poſitis genibus laborem illum Numini dicare, ab eoque ſupplex depoſcere, ut arma daret, & vires, quibus eius nomen ſpargere, & gloriam toto terrarum Orbe amplificare poſſet. Simili ratione priuſquam gymnaſium peteret, Sacram Euchariſtiam adoratum ibat, idemque præſtabat in reditu. Publicas verò in Scholas eunti tanta inerat vultus, atque inceſſus compoſitio, ut complures ex Diſcipulis externis uni illi ſpectando ſeſe è porticu in atrium effunderet: ſoloque eius intuitu acres ſibi ad virtutem ſtimulos admoveri dictitarent. In his Vir quidam apprimè nobilis, cum ad exitum Theologici ſtudij perueniſſet, ab ineundo tamen gymnaſio minimè deſiſtebat, eâ unâ de causâ, ut ſingularem Aloyſij verecundiam contemplaretur. Nec modò æquales, & condiſcipulos tanta

Regulas Scholaſticorũ diligenter obſeruat.

Tãta cunctis cõpoſitio, ut ad ſpectandũ plures accurrant.

morum

morum gravitas, & compoſitio ad virtutis amorem excitabat; verùm graviſſimis quibuſque ſenibus vitæ negligentiùs actæ tædium, ac pudorem inijciebat. Nec aliter effuſam quorundam licentiam, quàm ſuâ ipſius gravitate coercebat, unâ operâ ſuos, alienoſque mores componens. Idemque prorſus S. Adoleſcenti erat in Scholis, ac publicis diſputationibus ſilentiũ tenere, atque indicere: idem ubique in officio eſſe, ac ceteros retinere.

Suæ compoſitionis exẽplo ceteros componit.

Vetitum ei a Collegij Rectore fuerat, ne, quæ a Magiſtro in ſcholâ dictabantur, ipſe propriâ manu exciperet, mandatumque, uti librarij operâ uteretur: ægra ſiquidem valetudo ita vires fregerat, ac manum debilitaverat, ut dictantis celeritatem æquare haud poſſet. Paruit Aloyſius, ſed veritus, ne animus iuxta, ac manus pecuniæ tractatione ſordeſceret, pretiũ librario exoluendum Collegij Procuratori cõmiſit. Scripta deinde ſua cuilibet depoſcenti utenda dabat, nec niſi ultrò redderentur, cura repetendi erat. Et quanquam ſæpiùs labe aliquâ inſperſa redibant, haud proinde a commodandis retardabatur, ſua quàm ſe maculis notatum malens. Dederat per manus Gabriel Vaſquez lectiones quaſdam, quas per temporis anguſtias dictare haud potuit: Aloyſius faci-

In Schola librarij opera utitur.

Ei pretiũ ſoluendũ Procuratori cõmittit

Sua ſcripta libẽter cõmodat.

liori-

lioribus omiſſis, ea duntaxat, quæ difficultatis aliquid præferre videbantur, deſcribi mandat: rogatuſque, quid ita tanti Viri ſcripta mutila eſſe permitteret? Paupertatem illicò excuſavit, cui ſumptuosæ eſſe non liceat, nec niſi in neceſſaria impenſam agere fas ſit. Quò etiam pertinet, quod extremis ſtudiorum, ac vitæ annis permitti ſibi impetravit, ut ipſe per ſe dictata ſcriberet, cum ut paupertatis voto conſuleret, tum ne malo ceteris exemplo eſſet, rem fortè ad animi pòtiùs eâ gloriolâ, ac famulatu gaudentis, quàm ad corporis imbecillitatem trahentibus. Verùm ubi imparem ſe dictantis celeritati ſenſit, non verba ſingula, ſed ſenſus, eoſque ſummatim in commentarios referre conabatur. Domi verò recognitis, collatiſque ſuis cum aliorum ſcriptis, ſiquid minus eſſet aſſequutus, vel idoneis verbis expreſsiſſet, ſupplere ſtudebat.

Paupertatis ſtudiū.

Extremis annis manū ſua ad aliorū exēplum ſcribit.

Codices, quorum uſus vel rarior eſſet, vel nonniſi ſupellectilis, & inſtrumenti, in conclavi patiebatur nullos: ad religiosæ Paupertatis amorem pertinere ratus, eam labore aliquo tolerare: proinde ſiquando opus eſſet, è publicâ Bibliothecâ libros petitum ibat, eoſque iam lectos ſuum in locum reſtituebat. Denique ſtudio paupertatis eò peruenerat, ut ultra Sacra-

rum

rum Litterarum volumen,ac D. Thomæ Aquinatis Summam, librum nullum habuerit præterea. Quin etiam comperto hâc ipsâ Summâ ſocium quendam, qui nuper aduenerat,carere; impetratâ a Collegij Rectore veniâ, illam ad eum detulit, ſacris duntaxat contentus Biblijs: in quibus ſcilicet eam haberet Sapientiam,cum quâ omnia ſibi bona adeſſe, ipsâ docente, didicerat.

Nullus in cubiculo liber pieter ſacra Biblia.

Sap. 7. 11.

CAPVT IX.

Conſueta Societatis vota privatim nuncupat. Voluntariæ demiſſionis ſtudium.

Vota privatim nũcupat.

EXacto tyrocinij tempore, eâdẽ die, quâ biennio ante ſe in Societatem adiunxerat, conſueta Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ vota Vincentio Bruno Collegij Rectore ſacris operante privatim Aloyſius nuncupat. Inde ad Clericorum ordinem, verticis tonſurâ ritè præmiſsâ, V Kal. Mart. anno MDLXXXVIII adſcriptus ad quatuor priores eiuſdem ordinis gradus in Baſilicâ Lateranenſi publicâ inaugu-

ratio·

ratione effertur. Quo ex tempore ſibi tanquã ſuperis dicato quamlibet vel modicam notam, ingentem fore fœditatem ratus, nihil ultra indulgendum ſtatuit: vitamque, quidquid ſupereſſet ætatis, ita componendam, ut officium, mores eloquerentur. Et primò quidem Euangelicam turrim in Cælum porrigere cogitanti ea cura præcipua fuit, altè ut fundamentum poneret: quod cum ex humillimis quibuſque, tanquam rudi, ac vili cœmento conſtet; nihil illi optatius, quàm ſeſe omnibus ſubmittere, loco cedere, ſua omnia contempta, aliorum, præclara, ac ſublimia cenſere. Quia verò virtutem hanc (quam noſtri barbaro Romanæ ſuperbiæ vocabulo Humilitatem dicunt) ex eâdem licèt humo cum humanitate oriundam, ac penè dixerim conterraneã, niſi Dei benignitas Cælo depluat, terra noſtra non fundit; mos erat Aloyſio ad Sanctos illos Viros vitã ſun ctos confugere, quos viventes eâ virtute maximè præditos conſtaret. Ita enim hominum, naturam comparatam aiebat, ut quod quiſque tenuit vitæ inſtitutum, ad id ceteros libenter provehat. Sic belli Duces ad arma, Docti ad litteras, Negotiatores ad quæſtum, ad ſuam, denique univerſi artem hortari ceteros, ac iuvare ſtudent. Quare ut ſui contemptum addiſceret,

Id egit, ut ſuum clerici munus mores proderent.

Propriæ demiſſionis ſtudium.

Qua quiſque virtute fulſit, ad eam ceteros provehit.

ſceret, Deiparæ Virginis ſummâ æquè, ac profũdâ altitudine reliquos mortales ſupergreſſæ, opem potiſſimùm implorare ſolitus erat. Secundùm illam Petrum, ac Paulum Apoſtolos Eccleſiæ faſtigià pariter, ac fundamenta; Franciſum etiam cognomento Aſſiſiatem, Alexium Romanum, ceteroſque, qui hâc laude floruerunt, ſibi Patronos adoptabat: unàque imitari conabatur, ſatis gnarus, nullâ re magis Sanctorum nobis Virorum gratiam, & patrocinium conciliari, quàm imitationis ſtudio: amant enim, foventque, a quibus tanti ſe fieri vident, ut exemplum ad imitandum ſtatuãtur. Inde humilem de ſe, ſuiſque omnibus cõceptam animo opinionem habere. Genus, fortunas, titulos, res etiàm ab ſe præclarè geſtas, vel ſilentio inuoluere, vel verbis pro viribus elevare: iam Animi dona Superum benignitate impertita, non ut ſua, ſed ut ſuæ duntaxat fidei credita tueri ſedulò: nec ea voluptati, & gloriæ, ſed ſollicitudini, non ſecus, ac Regiæ opes Quæſtori, eſſe: ſuas laudes perinde, atque alij probra, mirum in modum erubeſcere. Itaque ſiquis cuperet eum ingenuo tinctum pudore cernere, non probro aliquo, ſed laudibus obiectandis voti compos ſtatim fieret. Nec deerant qui id ſæpiùs tentarent, ut quæ vere-

Sanctorũ patrocinium imitatione conciliatur.

Sui, ac ſuarum rerũ contẽptus

Suas laudes, ut alij probra, erubeſcit

cundia illi ornamento, ſibi ſpectantibus oble-ctationi foret. Ingreſſus ad eum aliquando ægrotantem Medicus, ut a verbis, eorumque officioſo lenimine curationem ordiretur, Gentis Gonzagæ decora exequi, multis item laudibus illum delinire cœpit. Quod tamen contra accidit; nam eâ laudatione offenſus haud obſcura doloris, ac veluti ſauciati cordis indicia vultus rubore prodidit: tantamque moleſtiam tunc, alijſque temporibus, cum in laudes ſuas incideret (incidebat autem non rarò) præſe ferebat, ut hanc unam ex animo perturbationem haud exegiſſe videretur, prædicationis, ac nobilitatis impatientiam.

Hanc unâ perturbatione non vicit, Laudis impatientiam.

Privatim, ac publicè infimo cuilibet ſine diſcrimine potiſſimum locum dabat, & ſi quem recuſantem inueniret, tantâ argumentorum vi petebat, urgebatque, ut ſuæ tandem modeſtiæ cogeret famulari. Ita per Vrbis cõpita, ac fora haud rarò ad ſiniſtrã opſonatoris, vel coqui curſare viſebatur, quod cum ad eos, qui Collegio præerant, delatũ eſſet, in causâ fuit, ut accerſito Adoleſcenti denuntiarent, id ne in poſterũ ultra permitteret, monerentque, religioni habendum, Clerici ordinis maieſtatem viliſſimo cuique, maximèque ſordido miniſterio ſubmittere. Domi cum eſſet libenti animo cum rudioribus fratribus

Ad ſiniſtrã Coqui per Vrbem incedit.

Aſſiduè cũ fratribus laicis verſatur.

tribus verſabatur : locus etiam, quem in tricli-nio occupabat, is plerumque erat, quò coqui, ceterique eius ordinis fratres crebriùs concede-rent, ut qui ſuis ex officinis egreſſos proximus exciperet : ſtatimque a cibo cum illis erat, de-que Divinis rebus familiariſſimè, & ſummâ cũ voluptate colloquebatur. Mandatum illi fue-rat, ut ad eorum, qui recens conualuerant, menſam accumberet, ſimulque munerum om-nium, quibus impar ab inualitudine videbatur, immunitas data : & ut ſomno diutiùs indulge-re pro naturæ deſiderio poſſet ; etiam concla-ve ſoli aſsignatum, quod adoleſcentium nemi-ni permittebatur, cum biſcentum fermè eâ tẽ-peſtate Collegij domum inhabitantibus cubicu-la ſingula non ſuppeterent. Verùm ſuſpicatus ea commoda non ſibi, ſed veteri fortunæ tri-bui, adito Rectore neruos omnes contendit, quò illa omnia deprecaretur, nullâque in re ſeponi, ſed æquabili cum reliquis iure vivere permitteretur. Obijciẽtibus verò nõnullis mor-bi, mortiſque metum, haud ullum ſibi eſſe ait, comite obedientiâ, quæ Divinum ſequuta im-perium, eiuſque potentiæ particeps, mala univerſa, vel avertit, vel ad noſtræ ſalutis usũ tanquam venena mitigata conuertit.

Eximi cõ-munibus oneribus recuſat.

Popoſcerat etiã ſibi Seminarij Romani Præ-

fectu-

fecturam aliquam, ne ijs fraudaretur incommodis, quibus noſtri Ordinis reliqui iuvenum contubernijs præfecti ſatis abundant. Verùm petenti ægra obſtitit valetudo, cui Rectores longè graviùs, quàm pro modo virium id onus iudicantes abnuendum cenſuerunt. Illud quoque in votis habuit, ut ſibi poteſtas fieret prima Grammatices rudimenta peracto ſtudiorũ tempore, pueris tradendi, cum ut nè commune ſibi onus eximeret; tum maximè ut ad infima quæque contemnendi ſui ſtudio, ſeſe demitteret: huic autem virtutis amori occultando ſuam in latinâ linguâ imperitiam prætexuit, cui haud aliâ viâ ſe meliùs occurſurum ſperaret, quàm ceteros edocendo, haud inſcius nulli magis docilem auditorem adeſſe eo ipſo, qui doceat. Vt verò qui tunc Collegio præerat certum, exploratumque haberet, num, quemadmodum præferebat, ita eſſet latinitatis expers; iuvenem quendam latinis litteris ſatis doctum ei contubernalem dedit, cuius relatu haud ita multò poſt didicit, illum latinè non mediocriter ſcire, ſibique perſuaſit aliò, ac videretur, ſpectare poſtulatam ab Aloyſio rudimenta docendi veniam, eò nimirum, ut pueros exigua illa, ac minuta, ceteros ſuam ipſius exiguitatem altiùs non aſſurgentem edoceret.

Seminarij Rom. præfecturã poſcit.

Itẽ docẽdi grãmaticã munus: ſed neutrũ obtinet.

Digitized by Google

Humilia munera, quorum functione assiduè exercebatur

Sæpè veſtitu amictus obſoletiore, ſportâ, vel manticâ gravis vias Vrbis celebriores corrogādæ ſtipi oberrabat. Ex domeſticis muneribus in abiectiſſima quæque oculos conijcere, ea ſibi depoſcere, conceſſaque tam lætus obire, ac ſi planè de ſuperbiâ devictâ triumphum ageret. Altero, ac tertio cuiuſque hebdomadis die culinæ miniſterijs operam dabat. Eius autem erat, ciborum reliquiàs è patinis triclinio devectis in pauperum uſus legere, eaſque ubi poteſtas fieret (quam ſæpiùs ſibi fieri precibus obtinebat) ad pauperes pro foribus expectantes comportare. Singulis verò profeſtis diebus a ſcholâ regreſſus aliquod domeſticum, atque humile officium curabat, modò ſui conclavis pavimentum, vel ædium partes ſibi deſignatas verrens, modò arundine oblongâ ambulationum parietes detractis araneis purgans. Publicos Collegij lychnos tergere, emungere, oleo, ellychnioque inſtruere, opus complurium annorum illi fuit: eiquè muneri tanto ſtudio, ac vultus hilaritate inhærebat, ut prætereuntes inſuetam alacritatem gratularentur, ſimul Dei benignitatem mirati, quæ relicta eius causâ licentioris vitæ oblectamenta adeo multiplicia redderet, ut non læta modò, ac iucunda, verùm etiam quæ ceteris triſtia, ac miſera eſſent, illi voluptatem parerent.

CA-

CAPVT X.

Obſtrictam voto Obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem, ceteraſque domeſticas leges accurata diligentia obſeruat.

PRimum, quod ex voluntariæ demiſſionis radice germen exoritur, obedientia eſt: facilè enim qui ſuo non ſatis fidit arbitrio, ducendum ſe tradit alieno. Hanc virtutem quàm ſtudiosè coluerit Aloyſius, ipſo met authore didicimus: qui cum conſcientiæ latebras animi ſui Moderatori aliquando patefaceret, illud candidè aperuit, non modò ſe nunquam eius, qui domui Præpoſitus erat, mandata neglexiſſe; ſed ne mentis quidem diſſenſione ab eiuſdẽ conſilio diſceſſiſſe. Negavit præterea ſubitâ aliquâ vi, contra quàm iuſſus eſſet, mentem ſibi unquam vel leviter incitatam, niſi ſiquando a precibus, ceteriſque pijs in Superos officijs temperare iuberetur: tunc enim impetu eodem, quo ad eiuſmodi officia ferebatur, non-

Eius obedientię ſũma perfectio.

nihil ſe aliquando detentum ab imperio capeſſendo ſenſit: quanquàm & id perrarò eveniebat, & ubi primùm intelligeret, eos motus comprimere maturabat. Quare externâ illâ, quæ iumentorum virtutem minimè excedit, obedientiâ haud contentus, mentem etiam eius, qui præerat, arbitrio ſubiiciebat, ut non alio de rebus iudicio cenſere videretur, quàm eius unius penes quem ſumma imperij eſſet: idque eâ potiſſimùm ductus ratione, quod capitis eſſet, non ceterarum corporis partium iudicia exercere, deque rebus cognoſcere, ac decernere: reliquis verò membris id unum incũbere, ut iuſſa peragant. Proinde nunquam illi, quam ob rem aliquid eſſet mandatum, in quæſtione fuit: ſatiſque habuit, quò aliquid rectè imperatum duceret, reſcire à Rectoribus imperatum.

Eius de obediẽtia ſententiæ.

Hæc obſequendi alacritas inde potiſsimùm exiſtebat, quod Præfectos ſuos non arbitros, dominoſque rerum, ſed internuncios, atque adminiſtros ſummi rerum omnium Rectoris, qui eius miſſu ſibi mandata perferrent, arbitraretur: Numenque ipſum ita ijs omnibus adeſſe reputabat, ut cunctos ſive dignos, ſive indignos, non ſecus quàm Chriſti ſimulacra ſive aurea, ſive lignea, pari cultu atque honore digna-

dignaretur. Hinc & perhonorificum habebat, mandata ab ijs accipere, & ſummæ voluptati erat quamprimum exequi. Ad hæc haud libenter ferebat quaſdā rationes ab ijs, qui præſunt, ex humanis conquiſitas utilitatibus præcepto adiungi: ita enim & mandata eneruari, ut quæ a Divinis in humana tranſirent, & religioſæ obedientiæ decus univerſum perdi; ac ſtudium retardari. Vnicâ ratione è Divinâ gloriâ, atque obſequio petitâ imperia omnia roborata pariter, & cohoneſtata maluiſſet. Eam quippe cauſam qui in obtemperando ſequeretur, nequaquam præmio fraudatum iri cenſebat; contra nullum fore ijs, qui ſua emolumēta quærerent, quæſtumque facerent obedientiam: cum enim ſibi, non Deo, parendo ſeruiant; nihil eſſe cur a Deo ſeruitutis pretium expectent.

Tantam porrò aduerſus eos, qui Dei locum obtinerent, reverentiam adhibebat, ut ſi quādo ob incuriam aliquam verbis caſtigari contingeret, ſtatim conſiſteret, nudaret caput, oculiſque humi deiectis, omnia, quæ dicerentur attente, ac demiſsè, nihil contra auſus, uſque audiret. Prætermiſſi aliquando officij accerſitum, ac ſeveriùs acceptum tanta verecundia cepit, ut animo, viribuſque defectus in terram de-

Increpitus ſemianimis concidit: mox veniā demiſsè petit.

defluxerit : inde, ubi primùm ſe ipſe collegit, obiurgantis genibus aduolutus eâ demiſſione,ac lacrymis ſibi rogavit ignoſci, ut non niſi longo poſt tempore ſe humo attolli permiſerit. Memorabat etiam ſibi in dies magis magiſquè obedientiam ſucceſſu commendatam, compertumque longè meliùs rationibus noſtris, Deo quàm nobis procurantibus, conſuli. Atque in eam rem non raro ſibi uſu veniſſe narrabat; ut nonnulla optanti is qui Collegium regeret obvius antequam peteretur deferret. Ita cum aliquando loca univerſa, per quæ Chriſtus ſupremis vitæ diebus raptatus fuerat, mente decurreret, cupido aliqua inceſſit, ſeptem Vrbis celebriora Templa obeundi, Sanctorumque Martyrum cineres Divinæ caritatis ignem foventes venerandi: id agitanti a Collegij Rectore ſubitò interuenit, qui nihil tale ſuſpicantem iubeat, ſeſe ad ſacras ſeptem Ædes inuiſendas extemplò comparare : quo audito lætus ſupra modum fuit, uſque adeo ſua omnia univerſo rerum Domino cordi eſſe, ut vel ad minima quæque curanda deſcenderet, reſque ita componeret, ut quod ad optandum ſibi mentem iniecerat, alteri inieciſſet ad exhibendum. Plura eius rei ſuppetunt exempla, quæ, nè longũ ſit, brevitati condonamus.

Minime poſcenti quæ cuperet, ſæpè Rectores ultro offerunt.

Quo

Quo verò ſtudio voce latas leges ampleɛtebatur, eodem prorſus litteris a maioribus traditas: eaſque ita religiosè ſequebatur, ut nihil non contemnendum duceret, modò integra atque inuiolata Societatis inſtituta manerent. Cum ad ædes Hieronymi Roborei purpurati Eccleſiæ Principis, officij causâ aliquando veniſſet, poſt amiciſſimam inter ſe conſalutationem, longumque colloquium, rogatus a Principe in digreſſu fuit, ut illo die prandio ſe adhiberi permitteret; cui Aloyſius, gratijs ſummâ cum humanitate actis, intrepidè abnuit, negans cuiquam ex Societate foris per domeſticas leges licitum eſſe cibum ſumere: quâ libertate mirificè delectatus, nedum non offenſus Princeps, ſui contemptorem vehementer ſuſpexit, nihil deinde ab eo petere ſolitus, quin continuò adiungeret: *Modò per domeſticas leges liceat*. Id verò eò faciebat, uti poſtea teſtatum reliquit, ne teneram Adoleſcentis virtutem tunc feliciter venientem ſpernendo, ac proterendo perderet.

Purpurati Principis inuitatã menſa ob Regulę reverentiam ſpernit.

Mutuum ab eo contubernalis quidam popoſcerat, litteris exarandis dimidiatum ex papyro folium: ille ne legem, quâ noſtris cautum, ne quid alteri Rectoris iniuſſu, vel dono, vel utendum detur, negligeret; dilato, ac ſi minimè

Dimidiatũ chartæ foliũ ante licentiam non tradit.

audiſſet, reſponſo, e conclavi ad Miniſtrum properat, impetratâque chartæ commodandæ veniâ ad ſocium reverſus; Poſtulaſti, inquit, ni fallor, neſcio quid papyri: en illam: ſume quantumlibet. Nullâ re tamen tuendæ diſciplinæ ſtudium magis Aloyſius prodidit, quàm accuratiſſimâ binis legibus obſeruandis diligentiâ, quarum alterâ ſilentium ſancitur, alterâ latinè loqui omnes, qui litteris vacant, iubentur. Vtraque perdifficilis; illa, quia linguam cohibet tam multis cupiditatibus ſollicitatam; hæc quia laxatæ, atque è vinculis emiſſæ modum ſtatuit, certaſque voces, atque inſolentes præſcribit, quas adeo piget quæritare, ut patientiùs ſæpè ſileat, quàm mendicatò loquatur. Adde aliorum huius legis neglectum, quos dũ latinè appellamus, timor eſt increpare. Ab neutrâ tamen lege unquam diſceſsit: nec difficultas erat cupiditatibus vacuo linguam cohibere, vel pauca, cum opus eſſet, latinè eloqui: nec timor offendere, quibus Divinæ leges, ac Superum placita offenſioni eſſent.

Silentij, ac latinè loquendi regulas diligenter obſeruat.

Ab hac verò verborum parſimoniâ profectam cenſeo incredibilem illam, quâ utebatur, circumſpectionem, maximèque accuratam in loquendo conſiderationem: hæc enim, vel nulla, vel ſatis exigua eſſe queat in immodicâ loqua-

Summa in loquendo circumſpectio.

quacitate, in quâ nimis conferta verborum frequentia propè nullum conſiderationi, ac delectui ſpatium relinquit. Eò autem nitebatur, ut verba, quæ promeret, Divinum illud Verbum referrent, quod teſte Ioanne, fuit *Plenum gratiæ, & veritatis*. Mira enim erat in eius ſermone gratia, & veritas. Nec mendacia ſolū, verùm etiam dictorū ambiguitates, peſtem humanæ ſocietatis, cui fidei vinculum adimerent, nuncupabat. Nec intereſſe arbitrabatur, utrū quis ambiguè, an a veritate aliena loqueretur, modò fraudem innectere, ac circumuenire in animo eſſet: utrumque enim pariter fidem abrumpere, & mutuâ fraudis ſuſpicione mentibus iniectâ, omnem animorum coniunctionē, & caritatem dirimere. Quare cum ſine mutuâ fide, & caritate nulla ſit religioſa familia, uſque adeo ſacris cœtibus huiuſmodi artes, ac dolos exitiales exiſtimavit; ut ſi quis in eos, amiſsâ Columbæ ſimplicitate, ſolam Serpentis prudentiam inueheret, merum, ac peſtiferum anguem inuecturum autumaret. Vtraque virtus Aloyſio inerat: & ſimplicitate ne falleret, prudentiâ ne falleretur adhibitâ, ſummam apud univerſos dictis ſuis fidem, authoritatemque conciliaverat.

Io: 1. 14.

Mendacia & ābiguè dicta peſtis humanæ ſoc.

Iam ſuſceptæ Paupertatis amore ſupramodū

tene-

Eximia paupertatis cura.

tenebatur, eamque a Parente ſuo Ignatio tanquam matrem ſibi relictam arctè complexus, nihil unquam, præter ipſam, proprium ſibi eſſe voluit. Indumentum nullum admiſit, niſi e communi veſtiario emendicatum. Libros etiã, & quidquid ſupellectilis ad ſtudia litterarum pertinet, non modò ſui iuris eſſe non tulit, verùm nec ſuis uſibus aſſignari. Quare cum ex uno in aliud domicilium migraret, nihil ex veteri inſtrumento ſecum deferebat, ne atramentarium quidem, calamoſque, vel cultellum ijs præparandis dicatum. Pia munuſcula alijs largienda haudquaquam ſeruabat, veritus avaritiam etiam largitatis ſpecie obrepentem. Sæpè enim ad mortem uſque donanda retinemus, eâ ſcilicet nos ipſi capti, quam alijs eſcam inſtruximus. Hinc eorum quæ ſæpè ultrò ab amicis offerebantur, aliud nihil preter gratiæ referendæ debitum admittebat. Quod ſi largitor vim faceret, nec ſine illius offenſione munus repudiare liceret, eveſtigiò ad Rectorem delatum in eius manibus deſtituebat, eove recuſante, alteri cuilibet, ubi primùm ſe daret occaſio, eiuſdem Rectoris permiſſu impertiebat. Corona Deiparæ ſalutandæ, ceteraque inſtrumenta fovendæ pietati quæſita, omnia illi vulgaria, ac veluti ſanctæ Paupertatis charactere

Omnia illi vulgaria, & paupertatẽ redolentia.

raƈtere

ractere obſignata. Sanctorum verò Martyrum reliquias thecis pretioſis exceptas, Roſaria curioſiùs elaborata, tabulas pictas e pariete ſuſpenſas, atque alia id genus impendio aliquo comparata, oſtentationem olere a votâ Paupertate abhorrentem, tametſi religione prætextam, duxit. Ante imagines in chartâ deſcriptas ſuas preces fundebat, ijſque etiam parcè utebatur, unâ vel alterâ contentus. Quin in ſacræ Pſalmodiæ codice icunculas diſtinguẽdis capitibus, uti aſſolet, adhibere, minimè tulit: ſed eam vicem chartæ ſegmenta fungebantur. Cum ad menſam accumbenti epulæ inferrentur, quas affectæ ſuæ valetudini minus profuturas rebatur; nè repudiatas ſelectioribus miniſtri commutarent, ferculum ſumebat, ut ceteri, admotumque tandiu ſecabat, verſabatque, dum accedentibus, qui lances e mensâ tollerent, ſubitò porrigeret, ſummâque rei diſſimulatione falleret: quo tempore lætus maximè erat ſolo pane, nullâ re ad eum adhibitâ, præter Paupertatis condimentum, cibari: quin etiam ex ipſo pane id iucundiùs vorabat, quod ſuâ duritiè contumaciùs dentibus repugnaret.

Chartæ ſegmentis non icunculis ſacrũ codicẽ interſtinguit

Dum æſtivis, ſeu hybernis menſibus appetentibus unà cum ceteris ad Veſtiarij Præfectũ indumenta tempori accomodata mutatum pergeret,

geret, nunquam plus æquo breve aliquod aut promiſſum, anguſtum, aut laxum conqueſtus dicitur: ſed emendato patientiâ, ac paupertatis ſtudio amictus errore, roganti Sarcinatori, num congrueret, ſatis commodè, aiebat, idque præſertim cùm veſte aliquâ obſoletâ tegēdo pauperi cōgruentiore donaretur: tunc enimverò nimiâ voluptate geſtire, quaſi ijs inſignibus iura cæleſtis regni pauperibus promiſſi tūc primùm obtineret. Perſuaſum habebat, Parentis Ignatij legibus edoctus, ex ijs, quæ domi eſſent in ſingulorum uſus diſtribuenda, deterrima quæque ſibi ſemper obuentura: cum nemo qui ſe verè mendicū putet, lectiſſima ſibi tributū iri, ſperare audeat: quare etiam cum optio daretur, maximè trita, ac vulgaria, tanquam ſibi iure paupertatis debita, depoſcebat. Verùm ſingulari Dei Providentiâ factum ſæpiùs notavit, ut qui rebus diſtribuendis præeſſent, eius optioni obuiam facti, viliſſima, quæ præ ceteris optaſſet, ultro deferrent: ita enim voluntariæ demiſſioni tutiùs conſultum putabat, datâ nimirum ſui deijciendi, ademptâque ſimul efferendi ex electione materiâ. Quidquid autē daretur, donum cenſebat: uſque adeò enim ſibi ipſe viluerat, ut nihil debitum crederet: eratque domi veluti qui infimo loco natus precario hoſpi-

Deterrima quæque optat.

Digitized by Google

hoſpitio per ſummam benignitatem eſſet acceptus. Tam verò benè de ſe meritis gratum ſeſe præſtabat, ut pro officio quolibet vel leviſſimo, gratijs identidem agendis nullum propè modum adhiberet.

De ſingulari eius Caſtimoniâ ultra ea, quæ in primi Libri Capite tertio commemorata ſunt, dicere nihil habeo: cum in hâc unâ virtute Aloyſius nullum in omni vitâ incrementũ ceperit: quippe qui eò a primâ ætate proceſſerat, ut vel in extremâ, quò ultra progrederetur, non ſupereſſet. Quid enim præſtantius ſit, quàm nullo unquam impuri motus exortu, aut peſtiferæ cogitationis afflatu perturbatum eſſe. Huc autem nec ſanctiſſimos quoſdam Viros Chriſtianæ Religionis Antiſtites perueniſſe effeto, frigidoque per ætatem corpore: perueniſſe verò Aloyſium ſub ipſum feruidæ pubertatis initium, eodem loco demonſtravimus.

In caſtitatis virtute incrementũ non cepit, quia ab initio conſũmatã habuit.

CAPVT XI.

Corporis , animique inordinatos motus acriter cohibet .

Alta petẽtibus corporis ſarcina impedimento.

CVm ad ardua,ſummaque nitentibus nihil æquè impedimento ſit , atque corporis ſarcina , , eiuſque altrices animi cupiditates; egregiam ſemper illi minuendæ , iſtis comprimendis operam Aloyſius navavit . Quia verò , inconſulto Domus Præfecto , nihil unquam ſibi permiſſum voluit ; ad eum ſolitus erat crebrò his de rebus referre , ac veniam aſperè ſeſe tractandi poſtulare , nec niſi eâ impetratâ, modò precibus liceret,diſcedere. Mirantibus verò nõnullis , ac religionem inijcientibus , quòd tam importunè peteret,quæ attritis ſuis viribus graviora eſſe intelligeret, quæque graviſſimis ætate , & prudentiâ Patribus minùs probari compertum haberet ; in hæc verba reſponſum dabat : fractas mihi eſſe vires , eos qui ſummam imperij tenent, haud fallit : promptum eſt,expoſitumque cernentibus : qui nam interea ſenſus in animo meo lateant , quæque huiuſmodi re-

Reſponſio Al: ad eos qui aſperã eius vitam damnabãt

rerum cupido, iuvat retegere, eâ ſpe, vel petitæ unius Dei causâ afflictationis præmium, vel certè petitionis ipſius non defuturum. Nec fugit, multa mihi ab ijſdem non concedenda: verùm cum Divino Spiritu inſtincti ſæpè nonnulla præter ſpem conceſſerint; ſemper paratus peto, animoque ſaltem præſumptas, ac devoratas pœnas ſuâ mercede non fraudatum iri certum habeo. Mitiſſimo enim Deus ingenio, non cruore fuſo, ſed voluntate eius causâ fundendi, ultimaque omnia, ne eius Numen violetur, patiendi, gaudet. Patrum (quorum mihi authoritas obijcitur) vitæ aſperioris inſtitutum improbantium, duplex eſſe genus intelligo: alijs enim vita, quemadmodum oratio: utraque mitis: & quam ſibi optant, ceteris faciles indulgentiàm condonant, ne ſolitudine fortaſſe pateant, quoque in plures diſperſâ, hoc ipſi minore premantur inuidiâ. Aliorum ſermo haud cum moribus congruit: lenis ille ex horum ſeveritate tanquam fluvius e cautibus prodit: ſibi rigent, ceteris fluunt: quoſque etiam ſibi dumos aggerant, ſæpè ex alieno colligunt, dura nimirum, atque aſpera uſurpantes, quibus alios levant. Hos illis authoritate præſtare minimè dubium eſſe cuiquam poſſit: igitur non contumaciæ vitio mihi dan-

dum,

dum, ſi ut iſtos ſequar, illos non contemptos, ſed relictos prætercam: & licèt aſpera deſerenda hi mihi verbo authores ſint, factis tamen fideliùs ſenſa renunciantibus contrarium docet. Malo autem quod quiſque dat ſibi conſilium capere, quàm quod ceteris. Alias quoque rationes ab ſeveriore diſciplinâ revocantibus interdum ſuggerebat. Voluntarias corporis pœnas haud in ultimam, curuamque ſenectam reijciendas, in quam ſcilicet tam multas ætas deveheret, ut ferendis ſponte ſuſceptis vires minimè ſuppeterent. Inde ſanctiſſimos etiam viros eò ætatis progreſſos aliquid de conſuetis laboribus, ſupplicijſque, quibus iuvenilem contumaciam fregerant, remittere, coactos. Ætatem caſtigatione indigere, uſque dum pateretur: robore ad patientiam ſublato etiam ad contumaciam tolli: itaque nihil frangendum in attrito per ætatem corpore ſupereſſe. Præterea cum certò conſtet aſſuetudine, atque uſu aſpera levigari, intermiſſione levia etiam rigere; nihil magis præſtandum, quàm ne aſſiduâ operâ tritos quodammodo; atque hebetatos cruciatus miſſos faciamus: ſecus cum repetendi erunt, aſperitate ſuâ revocatâ terrebunt, & patientiæ virtus tot tantiſque parta laboribus, ceſſatione, atque otio marceſcet.

Aliæ rationes contra impugnantes vitæ auſteritatem

Iactan-

Iactantibus verò nonnullis Chriſtianæ mentis integritatem ipſius mentis, non corporis caſtigatione parari: *Hæc*, inquit, *oportuit facere, & illa non omittere:* ſubiecitque nunquam auditum, quempiam ad ſummum Euangelicæ ſanctimoniæ culmen egreſſum, quò, caſtigato corpore, quaſi adacto fuſtibus iumento, non aſpiraverit: eumque ipſum Parentem Ignatium, quem nobis Deus & voce Doctorem, & rebus geſtis documentum dediſſet, tam nimium in ſeſe vexando proditum, præſertim ſub vitæ ſanctioris initium; ut non adigere ad montem aſellum, ſed relinquere ad radicem voluiſſe quodammodo videretur: eumdemque in legibus ab ſe ſtatutis certum nullum edomando corpori modum imperaſſe, eò quòd perſuaſum haberet, ut ipſemet prodidit, univerſis Societatis viris rem hanc uſque adeo cordi futuram, ut imperio inhibendis, non incitandis opus foret.

Matt. 23. 23.

Denique, ut paucis complectar, quæ de hoc ſeverioris vitæ ſtudio dicenda ſuperſunt; ita occaſioni ſeſe cruciandi Aloyſius perpetuò imminebat, ut quidquid rerum ageret, ſive ſtaret, ſive ſederet, aut graderetur, ſemper, circumſpectando perveſtigaret, nunquid incommodi, aut laboris ineſſet, cuius patientiâ exerceri poſſet. Fuitque nonnullorum opinio, illi, quòd

Quidquid occurrit, circu mſpicit, nunquid tolerandum geriat.

quòd plus æquo in ſuum corpus ſæviret, haud omnino impune futurum: ſed ſupremis vitæ temporibus aliquid anxietatis ferendum, & fortaſſe etiam piaculares poſt obitum flammas eã ob rem ſubeundas. Cum verò ij, qui præerãt imbecilliorem eum eſſe compertum, quam ut cilicia, flagella, inedias, atque alia id genus ferre poſſet, ijs omnibus interdixiſſent; ille ne voluntariæ vexationis fructu careret, eius iacturæ damna, vel ſacri alicuius libelli lectione, illius præſertim, qui de imitatione Chriſti inſcribitur, vel Templi aditu, aliove pietatis munere ſarcire curabat. Illud præterea ſtudebat, ut eiuſmodi ſeſe pœnis affligeret, quibus nec ſuę valetudini incommodaret, nec alienæ voluntati reluctaretur: tametſi idipſum non ſine eius, cui parebat, permiſſu, unquam auderet. Ita cum de ſuperiore loco pro tyronum, atque adoleſcentium conſuetudine exercitationis gratiâ illi declamandum eſſet, petijt, impetravitque, ut Hiſpanicâ linguâ ad concionem loqueretur, quò ſibi veluti iuvenili quâdam levitate plauſum aucupanti riſum, contemptumque in vulgus captaret.

Vetitos cruciatus alijs officijs, vel innoxijs pęnis compenſat.

Hiſpanicâ lingua ad ſui contẽptum declamat.

Animi cupiditates ſe rè emortuas habet

Quod ad animi cupiditates comprimendas attinet; frenato, ſubductoque illis ſenſuum, & corporis miniſterio, veluti emortuas, utpote mem-

membris omnibus captas, habuit. Quia verò tantâ morum integritate ad antiquam primorum Parentum innocentiam regreſſus videbatur; etiam in antiquam pravæ omnis cupiditatis, ſeu Fomitis, ut vocant, vacuitatem (quod beati illius ævi decus præcipuum fuerat) remigraſſe crederes. Siquidem cum omni virtutum genere maximè floreret, quarum eſt, parem propenſionem ad honeſta conferre, atque auferre ad turpia; omni propemodum Fomite caruiſſe neceſſe eſt, cui propenſio ad malum rationis imperio prævia (quæ Fomitis apud Theologos vis eſt) ferè inerat nulla. Solent tamen qui eò integritatis peruenere, ut nonniſi leviſſimis ſeſe noxis obſtringant, latentem conſternationis, ac diffidentiæ ſcopulum offendere, cuius declinatio haud vulgarem peritiam poſtulat: cum enim nemo ferè mortalium ſit, cuius veſtigium ardua, præruptaque virtutis via aliquando non fallat, leviterque ſaltem ad lapſum inclinet; qui minùs cautè incedunt, ubi paululùm greſſus fluxerit, toti animo concidūt, diùque conſternati iacent: perinde, ac firmioribus viribus opus ſit tam ardua tentare, ac ſuperare molientibus: quod unicè ſupplantanti Dæmoni propoſitum fuit, qui ſæpè ad levia ſollicitat, ut prolapſos in diffidentiam, ac vitæ

Sancti Viri diffidētię, & conſternationi obnoxij.

Quo pacto eam tentatione ſuperavit.

ſanctioris deſperationem impellat. Id a Magiſtro ſuo Piſcatore olim edoctus Aloyſius, ſiquid aliquando peccaſſet, poſitis humi genibus, oculiſque in Cælum ſublatis huiuſmodi prece utebatur: en Domine quàm infirmus ſum, ac pronus in malum: ignoſce quæſo, & factâ pro tuâ benignitate delicti gratiâ, ne ultra labar, vires in poſterum ſuggere. Quo dicto ſtatutâ apud animum ſuum in diem certum eius culpæ confeſſione, ſerenatâ mente, vultuquè, ſecurus acquieſcebat. Negabat præterea plus nimio levibus eiuſmodi noxis mærere, hominis eſſe ſibi pænitùs perſpecti, ſuamque tenentis imbecillitatem. Nequaquam enim latere, qui ſe probè intelligat, ex infelici ſolo dirâ Numinis execratione olim devincto, aliud nihil præter ſpinas, ac tribulos ſponte ſuâ provenire poſſe.

Modus cōfitendi culpas.

Cum verò culpas ſuas ſacrâ proderet Omologeſi, mirâ perſpicuitate, prima earum initia, ultimum, quò tandem pertinerent, exitum aperiebat. idque æquè ingenti, ac ſedato doloris ſenſu, quem ſcilicet nulla ſcrupulorum anxietas interpellaret: quemadmodum peſtis

Scrupulorum peſtis quam animo pernicioſa.

huius proprium eſt, quæ ingenuo animi dolori, ut lolium tritico, humorem, vigoremque, lacrymis omnibus in ſcrupulos abeuntibus, ſubducit. Neque verò erat contentus ſua errata

in

in aurem Sacerdotis utcunque inſuſurrare; ſed, quò in futurum cautior fieret, publicâ exprobratione ea ſibi obiectari, atque aſperioribus verbis perſtringi curabat: quapropter conſcripta in ſchedulâ Domus Præfecto deferebat, ut is obiurgatore inducto, ſibi pro concione exprobrari mandaret. Nec abnuebat Rector, ſed ij, quibus id negotij dabatur, intelligentes obiurgationem ſibi parùm procedere, nec tantæ virtuti vellicandæ verba ſuccurrere, in eius laudes etiam non quærentibus obuias, crebrò devolvebantur. Quod cum Aloyſius iterùm, ac tertiò animaduertiſſet, novum conſilium cepit, nunquam in poſterum periculoſam ſibi aleam ſubeundi, ne honores, quorum eſt fugientes inſequi, ad ſe inſectandum fugiendo provocaret.

Culpas ſibi publicè exprobrari petit.

.·.

CAPVT XII.

Mira in Deum atque homines Caritas.

CVm reliquæ omnes virtutes a caritate proficiſcantur, inque eam apertè influant, ac ſe totas exonerent; ſatis proclivè ſit exiſtimare, quantâ aduerſus Deum, atque homines caritate affluxerit is, qui tot, tantiſque virtutibus redundarit. Extat tamen prætereà hac de re præclariſſimum D. Mariæ Magdalenæ de Pazzijs teſtimonium (quod quâ parte huius operis opportunum fuerit, proferemus) vbi cum mira de Aloyſij ſanctitate, Dei admonitu cognita tradit; tum illud in primis, adeò S. Adoleſcentem Divinâ caritate æſtuaſſe, ut non immeritò inter Chriſti Martyres, quem miſſus e Cælo ignis torſerit, hauſeritque, recenſendus videatur. Et quanquam eum occulto cruciatu confectum dicit, ut cui non corpus arderet, ſed ex quotidianis amiciſſimi Numinis offenſionibus animus ureretur, tamen non adeo cœcum, abditumque ignem fuiſſe conſtat, ut etiam (quæ

M. Magd: de Pazzijs teſtimonium.

Al: caritatis ardore martyr.

natura

natura eius eſt) non ſublimis interdum abiret, atque os, oculoſque correptos incenderet: quod præſertim uſuvenire ſolebat, cum in familiaribus congreſſionibus Dei mentionem illatam audiret: tunc enim totus rubore ſuffundi, micare oculi, efferri, geſtire, &, ſi loquendi locus eſſet, ignea planè verba depromere. Quia verò haud mediocris voluptatis eſt amor, ubi præſertim Deum proſequatur, quem proſequi aſſequi eſt; nihil illi delectabilius, quàm Deum mente agitare, & mutuâ cũ alijs collocutione in medium accerſere, deque eius infinitâ Beneficentiâ, Caritate, item ceteris laudibus ſermonem habere. Vt autem animaduertit huiuſmodi colloquia non uni ſibi, ſed reliquis omnibus ad pietatem incitamento eſſe; accepitque dictitari a nonnullis, inde ſe uberiores, quàm ex uſitatâ rerum Divinarum contemplatione ſæpè fructus ferre (ex eo fortaſſe, quia ſæpius mens contemplantem, quàm loquentem deſerit, doceturque ab alijs, quod per ſe ipſa non tenuit) ſtatuit, re cum ijs, qui præerant, communicatâ, antiquum morem de pijs duntaxat rebus poſt epulas colloquendi iam propè ſeneſcentem reſtituere. Itaque Collegij Rectore adito copiam ſibi eſſe poſtulat, id pro viribus conandi, ut in conſuetis a cibo congreſſibus

Ad illatã Dei mentionẽ mirè totus incẽditur.

Divinus amor quare iucundus.

Ex ſalutaribus colloquijs uberior quã ex contẽplatione fructus.

Morẽ de pijs rebus poſt epulas loquẽdi mira dexteritate reſtituit.

bus nunquam in poſterum, niſi de rebus ad pietatem ſpectantibus, ſermo inſtitueretur, litterarijs quæſtionibus, nedum futilibus, ac vanis, procul amandatis. Annuit Rector, & collaudato propoſito, liberum ei, quidquid animus ferret, permiſit. Inde lætitiæ plenus ad Hieronymum Vbaldinum ſpectatæ integritatis virum, p js tunc rebus Præfectum contendit, eumque de re tota, quam animo agitabat, edoctū, impensè rogat, ut ſi quid opis, conſilijque in eam afferre poſſit, haud abnuat. Tum multâ prece, votiſque Deum ſollicitat, obteſtaturque, uti conatibus adſit, & tam ſalutaria cœpta ſuo numine, atque auxilio ad optatos exitus provehat. His peractis aliquot magnæ indolis Adoleſcentes, quos rerum cæleſtium apprimè ſtudioſos noverat, in partem operis vocat, ſuoque illis conſilio patefacto, rogat, ut ſubſidio venire, ſuumque ſtudium, atque operam conferre velint: quibus fidem dantibus, ipſe ne loquentem materia deficeret, eam ſingulis diebus ſemihoræ interuallo ex ſacro aliquo codice evolvendo parabat, ac ſemper nonnullis ad benè, beatèque vivendum conducentibus monitis, vel ſanctorum Patrum inſtitutis, ac præclarè geſtis inſtructus in colloquium ab epulis veniebat: idemque pro ſe quiſque omnes, qui

Alios in partem operis vocat.

cum

cum eo Societatem coierant, conabantur. Igitur hâc ope, præſidioque munitus ita negotium adminiſtravit, ut eventus votum non æquaverit modò, verùm etiàm exceſſerit. Et primùm quidem, ſi fortè a menſâ rediens in eorum cœtum, quibuſcum conuenerat, incidiſſet, primus ſermonem de rebus ſalutaribus inferebat; ceterique promptè, ut erat compoſitum, proſequebantur. Idque etiam maiori licentiâ, ac libertate, ubi ſe ad inferiores, ac præſertim ſimpliciores, quorum natura ductilis, & ſequax, aggregaſſet: tunc enim dignitatis gradum, ut in alienam ſalutem impenderet, libens retinebat, ſolitus ceteroqui contemnere, niſi Numinis extollendæ dignitati ſupponendus foret. Si verò in ſuperiorum, vel Sacerdotum agmen ſeſe intuliſſet, ubi ſubſequi, non præire deberet; ſpecie ſciſcitantis eorum ſuper aliquâ piâ quæſtione ſententiam, materiam inſtituendi ſermonis haud recuſantibus ſuggerebat: tametſi ipſe Aloyſij acceſſus ſatis, ſuperque monebat, quâ de re eſſet toto congreſſus tempore diſſerendum. Iiſdem ferè artibus ſodales reliqui eius conſiliorum participes, in ſuo quiſque conuentu, rem gerebant: brevique ſtudijs, viribuſque collatis eò progreſſum, ut magnum in universâ Domo Divinæ Caritatis incendium

Cum inferioribus dignitatẽ ſalubriter retinet.

Magnũ his ſermonibus totâ domo caritatis incendium excitatum.

fuerit

fuerit excitatum. Bis centenos haud minus ex noſtris eâ tempeſtate in Collegio Romano cēſos fuiſſe tradit Cœparius, quos ſibi compertum narrat, cum in plures cœtus diviſi per hortum, ſeu porticus, laxato ſilentio inambularent, omnes de rebus ad æternam ſalutem ſpectantibus ſolitos fuiſſe diſputare; idque tam ſtudioſè, ac ſeriò, ut non ad animos curis, laboribuſque levandos, verùm Divinis ſermonibus exercendos conueniſſe viderentur: tametſi ipſa illa exercitatio ſuæ iucunditatis fructu, & ſibi, & ceteris curis haud exiguo levamento foret. Hinc ſiquis fortè caſus eam collocutionem aliquando ſuſtuliſſet, ægrè omnes, quaſi necdum refectis viribus, ad ſtudiorum contentionem ſeſe revocabant. Iiſdem planè ſermonibus domo deambulatum egreſſi, ijſdem cum a ſtudijs feriati ſuburbanum peterent, oblectari ſolebant: quo tempore haud grave erat ceteris villæ oblectamentis carere, propterea quòd experimento didicerant, eiuſmodi illud eſſe, quo fruebantur, ut ipsâ ceterorum inopiâ, & contemptu aleretur, & creſceret.

Omnes de rebbus ſalutaribus poſt cibū colloquuntur.

Idē faciūt deambulatū per Vrbē egreſſi: idem & ruri.

Hoc tamen de Divinis rebus colloquēdi ſtudium nunquam illuſtriùs ſe protulit, quàm cum autumnalibus ferijs, qui litteris in Collegio Romano operam dabant pro conſuetudine in Tuſcula-

Idē etiam in Tuſculano ſeceſſu.

ſculanum ſecederent. Illuc enim diſcedentes pium aliquem libellum deferre ſoliti erant, quē cum domi privatim evolverent, ſententias aliquas, vel Sanctorum Virorum illuſtriora facta memoriæ mandabant, ut ea deinde in commune conferrent: tum bis in ſingulos dies, ſemel benè manè, iterum devexâ iam die in proximos colles turmatim egreſſi, ubi locus aliquis ſerendis aptus ſermonibus in conſpectum veniret, eò convolare, & conſidere univerſi, & quid quiſque lectitaverit in medium proferre: mox, quibus in promptu eſſet, plura in eam ſententiam eloqui, interpretari, diſſerere: inde omnes quàm maturum, tam dulce, ac ſuave gaudium, quòque minùs effuſum, eò uberius percipere.

Quia verò e Divino Verbo Divinum oriri Spiritum, atque Amorem neceſſe eſt; verbum autem in noſtrâ mente non ſecus atque in Divinâ, dicendo, ac loquendo progignitur; hic tam aſſiduus, atque ad univerſos pertinens de Deo loquendi uſus, tantâ omnium mentes Numinis opinione, & caritate opplevit, ut ea domus omnis cæleſti quodam igne feruere, atque adeo conflagrare videretur. Mirum cunctos pietatis ſtudium, atque ardor invaſerat adeo, ut aliud iam nullum inter eos niſi de

vir-

virtute certamen eſſet: & ſiquis litterarum amor ſupererat, omnis ex Dei caritate ſuccenſus in Dei caritatem abierat, cunctis Divino Numini prædicando unicè ſtudentibus. Id verò totum uni Aloyſio a graviſſimis Patribus, qui & coram aderant, & rerum pars magna fuerant, acceptum referebatur. Ille tamen haud contentus tam præclarum opus inſtituiſſe, frequēter adeſſe, atque urgere minimè ceſſabat: quippe ubi aliquem ex tyrocinij Domo recentem, in Collegio Romano animaduerteret, ad eum ſeſe ſtudebat adiungere, eique ſignificabat, ſi ad pietatem progredi ſententia eſſet, non defuturos, qui eòdem cogitantes comites ſe illi libenter adderent: quorum etiam nonnullos, dum ceteros uſus doceret, editis nominibus indicabat: tum eos ſeorſum commonebeat, ut ſeſe tyroni faciles darent, & needum occupatum ſuas in partes traherent. Iam verò ſiquando iuniorum quempiam a rectâ virtutis viâ nonnihil deflexiſſe cognoſceret; ſeduló id operam dabat, ut in meridiano, ac veſpertino congreſſu illi ſeſe coniungeret, eiuſque ſibi voluntatem obſequio, & comitate paulatim conciliaret: quò in familiaritatem receptus ad opportunas monitiones aditum apertum haberet: has verò tantâ ſuavitate, ac dexteritate adhibebat, ut ſine

Recentes a tyrocinio ſibi conciliat.

Aberrātes in viā virtutis ſuaviter revocat.

ſine vulneris ſenſu ſaniem, ſi qua eſſet, quodammodo produceret. Ita cum eo tandiu verſatus, dum ad ſeveriorem diſciplinam revocaſſet, ſenſim ab illo ſecedebat: eoque interim reliquis, quibus eadem mens, idemque propoſitum, cõmiſſo, ad alium curandum pari morbo tentatum aggrediebatur. Atque hâc arte pluribus ad virtutis ſtudium traductis, magnam tota domo Supernarum rerum cupiditatem excitavit.

Quamobrem omnes eius admiratione tenebantur: certatimque ſtudebant, cum ſermo de illo incideret, cuncta in eum laudum ornamenta congerere, eo præſertim nomine, quòd unus adoleſcens tot graviſſimorum Patrum, quà mallet, animos flecteret; iis ducem, cui longo interuallo ætate, atque ordine præirent, ſequi non dedignantibus. Summa erat eius apud omnes exiſtimatio, eam item ſibi gratiam morum ſuavitate collegerat, ut æquè iuniores, ac Patres ſeſe cum illo, ubi copia fieret, libentiſſimè congregarent: quemadmodum pluribus in locis teſtatum reliquit eius Vitæ ſcriptor Cæparius. Quod notatum velim ab iis, quibus, cum proclive ſit rerum geſtarum hiſtorias de ſuo comminiſci, ſæpè excidere memini, rigidiores Aloyſij mores fugare, non alli-

Graviſſimi Patres ducem adoleſcentem ſequi non dedignantur.

cere

Calumnia nonnullorũ eſt, Al: ſua morũ ſeveritate reliquos fugaſſe.

cere ſolitos, ſuos ad familiarem uſum, & conſuetudinem æquales: idque ab ijs dictum crediderim, ut honeſtam aliquam propriæ libertati, ac licentiæ cauſam obtendant, haud veriti detractâ aliorum gloriâ ſuæ acceſſionem facere, & quodammodo mordendis alijs enutriri. Ceterùm qui fieri poterat, eum, in quem exornandum omnia naturæ fortunæque munera, omnes Divinæ munificentiæ gratiæ confluxerant, cunctis longè gratiſſimum, ac iucundiſſimum non fore? Nec enim credibile eſt, virtutibus omnibus præditum Eutrapeliæ condimento, ac ſale, ſine quo virtutes reliquæ diffluunt, caruiſſe: quod & manifeſtè comprobat idem Cæparius: nam gravis licèt (ut is Author eſt) & cum res poſtularet, ad ſeveritatem pronior; noverat tamen ſuam defatigato animo quietē, quæ ex gaudio conſtat, permittere, ſeria in loco iocis; facetijſque laxando. Ita cum in reliquorum conuentum poſt epulas veniret, totus poſito ſupercilio, atque exporrectâ fronte, ad hilaritatem compoſitus, omnem ſermonis auſteritatem aſperſis ſalibus mitigabat. Nonnunquam narrationes memoratu lepidiores exponebat, quas tamen non modò gravitatis, & verecundiæ legibus adſtrictas voluit, verùm etiam ita comparatas, ut iucunditas omnis ſalubri-

Eutrapelia ſuis ſalibus reliquas virtutes cõdit, & continet.

Lepidas narrationes uſurpat, ut viã ſternat ad ſalutaria.

lubri-

lubritati commendandæ famularetur, ac ſeverioribus conſilijs aures permulcendo cōciliaret.

CAPVT XIII.

Claudij Aquavivæ iuſſu in Patriam ad domeſticas lites componendas proficiſcitur.

DVm hæc Aloyſius in Collegio Romano benè, ac feliciter gereret, ſæva quædam in paternâ domo coorta tempeſtas eius prudentiam, operamque deſiderans tanto ſtrepitu evocavit, ut non potuerit optimus Adoleſcens, quin onus ſubiret, ac de ſuâ quiete aliquid turbis domeſticis componendis impertiretur. Magnæ olim Rodulpho Aloyſij fratri cum Vincentio Mantuanorum Duce, ultra ſanguinis coniunctionē, amicitiæ neceſſitudines interceſſerant. Verùm (quæ voluntatis humanæ volubilitas eſt, eòdē, quo ferebatur, impetu ad reſiliendum, ubi offenderit, abutentis) orta inter eos de hereditate controverſia, par odium ex ingenti amore excitavit. Cum enim Horatius Gonzaga

Cauſa redeundi in patriam, pax inter fratrem, & Mātuæ Ducē concilianda.

Sulphu-

Sulphurinenſium Dominus haud ita pridem Mantuæ extinctus Vincentium Ducem Sulphurini heredem, prætermiſſo Rodulpho (cuius imperio iure propinquitatis dominatus coaluiſſe debuerat) ſcripſiſſet, eoque nomine Vincentius oppidum occupaſſet; Rodulphus iniuriam ſibi factam ratus, Cæſarem appellandum, cui vectigal id municipium penderet, eiuſque fidē aduerſus Ducis potentiam implorandam duxit: propterea Marthâ parente ad eum protinus allegatâ, coram illo actionem iniuriarum contra Vincentium Ducem inſtituit. Cæſar re accuratè perſpectâ, expenſiſque contrariarum rationum momentis, cauſam Rodulpho non multo poſt tempore adiudicat: quod cum Dux acerbiſſimè ferret, incredibili dolore, ac ſtomacho aduersùs Rodulphum exarſit; eòque tandem ſimultates, quà veris, quà falſis ultrò citròque criminationibus delatis, progreſsæ; ut niſi opportuno remedio obuiam iretur, brevi ingens aliquod erupturum incendium, non ſine ſanguine reſtinguendum, timeretur. Paci inter eos conciliandæ, animiſque ad priſtinam concordiam reducendis fruſtra graviſſimi, atque honeſtiſſimi viri deſudarunt: in quibus Ferdinandus Auſtriacus Maximiliani Cæſaris germanus frater plurimum operæ, ac laboris poſuit.

Graviſſimi Viri in id fruſtra deſudarunt.

ſuit. Verùm conatus omnes in irritum ceſſe-re, eò, ut fit, ſe magis obfirmantibus animis, quò pugna ex honeſtiorum affluxu clarior, atque honeſtior fieret. Ergo deſperatis propemodum rebus, cum Eleonora Auſtriaca Vincentij mater, & Martha Rodulphi parens cōcordiæ vehementer cupidæ unà eſſent, ac de eâ firmandâ in commune conſulerent; id in animum induxerunt ſuum; nullum diſsidio modum futurum, niſi Aloyſius pacis interpres, atque omnis controuerſiæ arbiter interveniret. Is enim, & Rodulphum beneficio ſingulari Caſtilionenſis imperij ad eum delati, & ſanctimoniæ famâ, ac veteri amicitiâ Vincentium ita ſibi devinctos tenebat, ut, quòcumque vellet, nullo negotio flexurus crederetur. Quare clā filijs, litteris ad Aloyſium datis, quo primùm in loco domeſticæ res eſſent, accuratiùs edocent: tum etiam atque etiam rogant, ut, quando nihil omnino opis in aliâ ullâ re ſupereſſe videatur, ipſe, quidquid authoritatis apud fratrem, ducemque cognatum habeat (habere autem haud dubiè plurimum) utriuſque animis inter ſe, & cum Deo coniūgendis interponere velit. His acceptis litteris, ut primùm ſe Aloyſius in Patriam ad tumultus revocari ſenſit, alienari ſtatim, ac refugere ſupra modum cæpit.

Rebus deſperatis Aloyſius evocatur.

Vt ſe in patriā revocari ſentit, animo alienatus.

R pit.

pit. Inde cauſa alienæ ſalutis obiecta ſcrupulũ inijcit, qui terga iam dare parantem ſuſtinens cogit rem paulò attentiùs reputare: ubi verò ſe inopem conſilij contrarias in partes diſtrahi videt, humili priùs obſecratione Divinum ſibi

Bellarminũ conſulit, eiq; aienti eundũ acquieſcit.

Numen adeſſe precatus, ad Robertum Bellarminum contendit, ab eoque quid in eâ re facto opus ſit, diligenter exquirit. Ille conſulto de more Numine præcisè reſpondit, Divinæ eſſe voluntatis, ut eat. Quare Aloyſius tanquam oraculo editum putans, ſibi in Patriàm redeundum, ita Divino ſeſe permiſit arbitrio, ut quidquid mandatum foret, omni æquitate amplecteretur, parique ſtudio perficeret. Interea

Eleonora Auſtriac. a Claud. Aloy. impetrat.

Eleonora Auſtriaca cum Claudio Aquavivâ per litteras de Aloyſio mittendo tranſigit, facilemque in vota habuit, ut cuius opinione Divinæ gloriæ datum cenſeretur, quidquid probatiſſima Fœmina, quæ in ſuis omnibus rebus Divinam gloriam ſequebatur, poſtularet. Feriæ per id tempus autumnales in Collegio Romano habebantur, ac permulti iuniorum, inter quos Aloyſius, in Tuſculanum requietis, atque otij causâ ſeceſſerant. Eò Bellarminus repentè affuit, qui accerſito Aloyſio Claudij nomine denuntiat, Romam quàm primum repetat, Mantuam inde, & Caſtilionem brevi cõ-

ceſſu-

ceſſurus. Ille omnibus eveſtigio relictis, tantumque moratus, dum ſarcinulam ſuam componeret, ante quartam ferè horæ partem omnibus valere iuſſis, ſeſe itineri dedit. Gravis admodum, ac peracerba cunctis ea diſceſſio fuit: & ut mutuis colloquijs longior aliqua mora ſine feſtinationis diſpendio prorogaretur, Vniverſi ad Villam uſque Societatis, ſtadia inde ferè ſexdecim viæ Romanæ adiacentem, deduxere. Inde peractis ſalutationibus diverſi, Romam ille ire perrexit, reliqui deſiderio triſtes domum remearunt. Erat in comitatu redeuntium etiam Bellarminus, qui ſtatim ab Aloysij digreſſu de eximijs quibuſdam muneribus, quibus divinitùs fuerat cumulatus, ſermonem inſtituit: eaque recenſuit, quæ plurimum admirationis apud circumfuſam aſſectatorum turbam habuere: parem præterea omnibus cupiditatem iniecit, eius facta æmulandi, quem tantis laudibus tantus laudator efferret. Duo potiſſimùm memoratu digna a ſapiētiſſimo Viro eo in itinere prolata, qui coram affuere, litteris mandarunt. Alterum, quòd ſibi perſuaſum diceret, Aloyſium firmam, nec unquā interituram gratiam (quod nonniſi pauciſſimis, ijſque inſigni ſanctitate Viris conceſſum) a Deo inijſſe. Alterum, quòd non putaret, Angeli-

Vide obedientiæ prōptitudinē.

Cuncti cū itinere ſtadiorū 16. comitātur

Laudatur a Bellarm.

Ab eodem cēſetur in divina amicitia cō ſtabilitus.

Et par in vitæ actu Ang. doct. co olim Doctori, cum idem eſſet ætatis, ſanctiorem in vitæ actione formam fuiſſe eâ, quâ tunc Aloyſius uteretur.

Vbi ad Vrbem peruenit, iuſſus eſt a Claudio Aquavivâ, ſalutatis ijs Eccleſiæ Purpuratis, quos ſanguinis propinquitate attingeret, Mantuano ſeſe itineri committere. Hic cum ad Hieronymum Roboreum veniſſet, & cum eo vario ſermone multa diſſereret, congreſſu in medio, viribus ob inediam, animoque defectus coram illo repente corruit: quem cum illico aſtantes manibus ſublatum ad Principis lectum, eo iubente, deportaſſent, nonnullis fomentis paululùm recrearunt. Vt primùm verò reſtitui viſus eſt, immoderatam eius auſteritatem benignus Princeps increpuit, hortatuſque eſt, ut deinceps modum aliquem vexando corpori ſtatueret, atque in alienum famulum non tam imperioſo ſibi eſſe, nec tam crudeliter animaduertere, licitũ crederet: haud enim correctione corrumpendum quidquid emendare in animo ſit. Ille ad hæc leniter arridens, ſatis ſibi certum ait, alienum quidem, ſed Domino ſuo contumacem famulum ſibi traditum corrigendum: illius nomine de eo ab ſe pœnas repeti; nec aliter contumaciam, niſi frangatur, emendari. Verùm res ad Collegij Recto-

Viribus ob inediã defectus corruit.

A Principe ob auſteritatẽ increpitus eam modeſte tuetur.

rem

rem perlata, fuit in cauſâ, ut datus illi itineris comes (is erat Frater quidam in domeſticis muneribus adiutor) immodico eius ardori temperando præficeretur: eâ nempe lege, ut Aloyſius in rebus, quæ ad valetudinem pertinerent, ſui arbitrij non eſſet, ſed illi morem gerere, perinde, ut Rectori deberet: memor uterque propriæ conditionis in reliquis.

Fratri laico quoad vitæ auſteritatem ſubijcitur.

Fuit, qui proximè diſceſſurum pluribus hortaretur, ut umbraculum ad defendendos ſolis ardores infirmo capiti exitiales ſecum deveheret. Sed cum ceteris apud nos id moris non eſſe ſciret, maluit caput ſuum mentis incolumitati devovere, quàm mentis eiuſdem integritatem in damna corporis redimenda prodigere. Ocreas inducenti dictum eſt a nonnullis, qui aderant, eas cuiuſdam Principis viri olim in uſu fuiſſe: ille ſuſpicatus ſibi propterea attributas, haud æquis intueri oculis cœpit, atque in omnem partem verſans cauſam detrectandi circumſpicere videbatur. Quod ubi ſocius animaduertit; Redde, inquit, iſtas, quas tibi minùs aptè congruere intelligo: alias aptiores a Præfecto viatoriæ ſupellectilis referam. Itaque in ſecretum locum delatas, ſat ſciens Aloyſium non re, ſed titulo offenſum, diverſâ, quàm antea, ratione complicat, eaſdemque perinde,

Vmbraculum viatoriũ, ut noſtris inſolẽs recuſat

Ocreas renuit, quas Pricipis in uſu fuiſſe intelligit.

 ac

ac novas ad Aloyſium reportat: qui perſuaſione novitatis lætus confeſtim induit, deletoque odioſo nomine, æquus, ac libens retinuit.

In itinere abſolutis precibus tempus reliquũ inſtruendis pediſſequis dabat.

Vrbe exceſſit pridie Id. Sept. Anno a Virginis partu MDLXXXIX. Nunquam per id omne tempus, quo in itinere fuit, ſtatas preces omiſit, iiſque perſolutis vacuus, haud alium, ſive in viâ, ſive in hoſpitijs eſſet, niſi de verâ virtute, ac vitâ poſt hanc futurâ, ſermonem habuit. Dicentem pediſſequi arrectis, & cupidis auribus affectabantur, eique perpetuò adhærentes intimos ſui animi ſenſus, ut conſilio aliquo iuvarentur, candidè referabant: nec iam ſeruitium coemptum reddere, ſed voluntarium largiri videbantur. Senis ex itinere in Collegium Societatis digreſſo non modò nulla humanitatis, ac ſtudij officia defuere, verùm tantum honoris, & obſequij delatum, ut Religioſa caritas luxu, delicijſque prope corrupta ſpeciem illi aliquam ſeruilis aſsentationis præberet: quare ſedula nimis officia peroſus, nec pedes ſibi ablui, uti mos eſt aduerſus peregrè venientes, nonnullis id certatim conantibus, permiſit, nec obſequium ullum ſibi gratum accidere ſatis apertè ſignificavit. Die inſequenti Florentiã profectus eam civitatem ſuæ vitæ ſanctioris parentem, ut nuncupare ſolebat, poſtliminio reviſe-

Senis pedes ſibi de more ablui recuſat ceteraque officia, ut adulatoria deſpicit.

viſere ſummoperè gaviſus eſt. Ibi patrio veluti ſpiritu recreatus, ſacris nimirum illis Ædibus adeundis, ubi novam ſe concepiſſe vitam meminerat, Bononiam contendit: quò cum perueniſſet, atque ad Collegij ædes adeſſet, cōtinuò Patres univerſi obuiam venienti deſcendere, inque eius amplexus ruere, ac peramanter ſalutare, ut cuius integerrimos, ac ſuaviſſimos mores pridem Fama vulgaverat: nec diù cunctatus, quæ illa amplè licet, ac magnificè iactarat, vera præſtitit, eiuſque amplificationes implevit: nam inutilibus officijs illicò amādari iuſſis, de Deo, ac Superis agere inſtituit, eo pietatis ſenſu, atque ardore, quem nec prodere expertes, nec cælare compotes valent. Facta præterea cum dictis minimè diſcrepabant: cuncta ſiquidem ſummam, quam rumor ſparſerat, ſanctimoniam redolentia. Diem unum Bononiæ ſubſtitit: quo ſpatio cum Collegij Rector ad celebriora urbis loca deducendum ſacræ Ædis Cuſtodi tradidiſſet; Aloyſius (cui nihil magnificum, ac mirabile præter Deum, divinaque) ſocium rogat, ne ſe in alia loca perducat, præter ea que Numinis præſentiâ, & priſcis eſſent religionibus auguſtiora. Itaque Fratre obſecundante effectum: nam uno, aut altero Templo ex ſanctioribus, magiſque reli-

Florentiā ut ſanctioris vitę parētē lætus reviſit.

Vix domū igreſſus de divinis rebus ſermonem inſtituit,

Bononiæ nihil, niſi ſacras ædes inuiſit.

 giosis

gioſis adito, in ædes remearunt. Bononiâ relictâ Mantuam diſcedit: quo in itinere, cum ad hoſpitium in agro Ferrarienſi poſitum divertiſſet; Tabernarius unum illis cubiculum uno lectulo inſtructum attribuit, ſocioque neganti moris eſſe noſtrorum, lectulum habere communem, alterumque, ut daret, omni ſtudio ab eo contendenti, reſponſum eſt, paucos totâ domo lectos ſupereſſe, quos nobilibus viris fortè ſuperuenturis ſeruari neceſſe eſſet. Quod ubi ſocius audivit, irâ vehementer exarſit, atque ad Aloyſium conuerſus; Iſte, inquit, nos inter ruſticos deputat, quando cubilia negat nobilibus aſſeruata. Cui Aloyſius mirâ tranquillitate ſubridens; Dolendum non eſt, inquit, inter pauperes ab alijs cenſeri, quorum in ordinem nos ipſi, nuncupato voto, conieci-mus.

Lætus cō-tēnitur a tabernario

CA-

CAPVT XIV.

Negotium, cui venerat, proſperè conficit.

MAntuæ ſalutatâ Eleonorâ Duce (quæ quàm gratus eius ſibi aduentus accidiſset, longis cũ eo collatis ſermonibus declaravit) Caſtilionem proficiſcitur : unde cum propiùs abeſſet, hominem indigenam fortè occurrentem mittit, qui Rodulpho fratri ſe preſtò eſse denunciet. Ille oppidum ingreſsus obuios quoſque hac de re monet : &, ut nihil eſt lætâ Famâ loquacius, celeriuſque, eveſtigio Aloyſium adeſse, domos univerſas, ac penetralia peruaſit. Quare incredibilis ex omni ætate, ſexu, atque ordine multitudo venienti obuiam effuſa: & quos inualetudo, aliave id genus cauſa domi teneret, limine, ac feneſtris obſeſſis illum opperiebantur. Vbi ingreſſus auditus; omnis inuſitatæ lætitiæ ſignificatio extitit. Cuncta enim ſtatim arcis tormenta diſploſa : æra e turribus, templiſque pulſata : tubæ item, ac tympana increpuere : omnia denique ingens gratantium

Feſtiuus Al. Caſtilionē ingreſſus.

Etiã flexo poplite reverẽtia adhibetur. tantium clamor opplevit. Quin etiam eò amore, ac veneratione progreſſum, ut prætereunti poſitis genibus reverentia adhiberetur. Quibus honoribus pudentiſſimus Iuvenis haud leviter offenſus, Rodulphi Principis in conſpectum igneo flagrans rubore peruenit. Vbi tamen maiores alij a Germano, & ceteris domeſticis habiti eum honores excepere; ſic ut quidam ex aulâ etiam Excellentiæ titulo, quo olim ſoliti erant, compellarent. Quâ ex re intimis planè ſenſibus angebatur, quandam in eo ſacrilegij ſpeciem deteſtatus, quod honores Deo pridem dicatos reſumeret. Proinde, ſi integrum illi foret, nec ſecus in mandatis haberet, fraternas ædes tanto peruiaſ vento vitaſſet, humili quolibet præoptâto tugurio, quod eiuſmodi moleſtiſſimæ auræ minùs eſſet expoſitum.

Antiquo excellentię titulo cõpellatur.

Honores abhorret, & vitare cupit.

Poſtridie eius diei ad Matris (quæ duodecim inde paſſuum millibus abſens cognito Aloyſij aduentu ſtatim redierat) domum ire perrexit: quam ingredienti nova rei ſpecies, eadem & nova ruboris materia obijcitur: nam Parentem in genua provolutam, pronâque uſque in terram fronte venerabundam offendit: quæ deinde ſurgens ne oſculo, amplexuque natum exciperet, uti maternus ſuaſerat amor, religioſus quidam metus, ac reverentia prohibuit. Totum

A matre genibus nixa excipitur.

tum illum diem mutuis cum eâ ſermonibus duxit: quibus cum ſocius initio intereſſet, veritus ne Matri libertatem ſuâ præſentiâ adimeret, ſenſim ſeſe inde ſubtraxit: tum multò poſt regreſſus eos curuatis genibus orantes deprehendit. Rogatus verò ab Aloyſio (cui minùs ea diſceſſio placuerat) quâ ob rẽ, ſe unà cũ Matre relicto tacitus evaſiſſet; materni ſolatij iuſtam ab ſe rationem habitam dixit, quod valdè dilutum iri crediderat, ſi arbiter arcana conſilia pandi inhiberet: cui reſponſo ſatis prudenti, ac probabili Aloyſius nihil contra locutus, acquievit.

Interea dum Caſtilione de diſſidio Fratrem inter, ac Ducem uberiùs edocetur, mirum quantum, prout ſeſe daret occaſio, omnibus ad virtutem exemplo, atque incitamento foret. Per publicas vias haud unquam rhedâ vehi ſuſtinuit, quamuis illa pedibus euntem Fratris iuſſu ponè ſequeretur. Proinde nudato ſemper capite incedere cogebatur, ne ſalutantium aliquem non officioſè reſalutatum omitteret. Omnes hilari vultu, ut blandiſſimè poterat, appellabat, ſolitus perinde inferiores, ut ſuperiores (in quorum ordinem voluntariâ ſui demiſſione cunctos evexerat) obſeruare. Nullum ex domeſticis ſeruitijs in uſus ſuos evocabat: ſed, ſi cuius

Virtutis exẽpla Caſtilione edita.

Pedes repudiato curru incedit & capite ſemper aperto.

Domeſticis famulis nõ utitur.

rei

rei egens fuiſſet, vel ſocij miniſterium depoſce-bat; vel, quæ uſitata magis illi conſuetudo fuit, haud imploratâ ullius ope, expectabat, dum alij indigentiâ deprehensâ, ultro ſuam operam exhiberent. Sternendo lectulo ſuis ipſe manibus utebatur, etiam ſocio repulſo, ad cuius tamen ſtratum componendum ſæpius accurrebat, atque universè quò magis alienis utilitatibus ſeruiebat, eò minùs alios inſeruire ſuis patiebatur: Quin etiam nec liberalitatem ultro exhibitam ſine delectu admittebat: nam quod ad veſtitum attinet; neque frigorum ui, neque ullis ſeu rationibus, ſeu maternis precibus adduci potuit, ut quidquam è paternâ domo oblatum, ac propè obtruſum acciperet: ſed hyeme mutari veſtimenta cogente datis Collegij Brixienſis Rectori litteris, quibus de ſuâ, ſocijque indigentiâ certiorem faceret, ab eo quæcumque utrique uſui forent, obtinuit: trita tamen, atque ab alijs uſurpata: nam integra, recentiaque omnino repudiavit. Curaverat per id tēpus Mater, ut interior ex lanâ thorax hybernis par frigoribus illi conficeretur: ſed cum eum Aloyſius conſtanter abnueret, quòd religioſa paupertas profanis veſtibus haud ſibi congruentibus algeret, non incaleſceret; illa ſocio perſuaſit, ut Aloyſium imperio ad eum tho-

Lectulū ſibi ſuis manibus ſternit.

Hybernas veſtes a matre exhibitas reſpuit.

Interiorē thoracem imperio adactus accipit.

thoracem induendum adigeret. Itaque primâ luce Aloyſium, antequam lecto ſurgeret ſocius aggreditur, ac velle ſe, ait, ut tegumentum illud eâ tempeſtate perneceſſarium accipiat; datum ſiquidem eleemoſinæ gratiâ repudiare non ſtudium eſſe paupertatis, ſed odium: nec decere famulum munera non ſibi, ſed Domino ſuo miſſa reijcere. Aloyſius audito ſocij imperio, atque eleemoſinæ nomine, tegmen libens accepit, geſtavitque deinceps. Eâdem Socij authoritate compulſus aliquot ſudariola, detritis quæ Româ aduexerat, a Matre oblata ſuſcepit: quæ ceteroqui obfirmato animo antea renuerat, emendatis contentus magis quàm novis. Ad extremum nihil ſibi penitus in eâ domo licere voluit, tamque verecundè, atque adeo timidè in cunctis ſeſe geſſit, ut peregrè eſſe, ac mendicare, non in domo patriâ verſari videretur. Quò maximè pertinet, quòd, cum Rodulpho Principe conuento ob negotiũ aliquod opus haberet, mos illi erat, Cubicularium adire; & ſiquidem ex eo cognoſceret Rodulphum occupationibus diſtineri; ne moneri quidem Principem patiebatur: ſed pro cubiculi foribus cum ceteris, qui admitti poſtularent, temporis opportunitatem expectabat. Quod officium longè graviùs Rodulpho, ubi

Item & ſudariola.

Vide verecundiam, qua erga Rodulphũ utitur.

cogno-

cognoverat, quàm Aloyſio erat.

Solitudinis amantiſſimus, ut cum maximè, hic fuit: quò enim aulæ ſtrepitus maior, eò ſola, ac taciturna in loca libentiùs ſecedebat. Quotidie noctis initio trium horarum ſpatio abditus in cubiculo, nulli, præter Deum, ac Superos, ſui copiam faciebat. E ſubſecivis temporibus momentum nullum perire patiebatur, probè tenens, quodlibet ſat eſſe æternitati cōparandæ: ſed ſimul aliquid otij offerebatur, precibus dabat. Conſueta verò ſeu mente, ſeu voce precandi tempora alijs negotijs haud unquam condonabat: gravioribus tantummodò, quæ cunctationem non reciperent, commodare ſolitus, primo quoque tempore recuperaturus. Feſtis diebus mos illi erat principem loci Ædem Sanctis Nazario, & Celſo dicatam, celebrare, ut ibi & rei Divinæ intereſſet, & cæleſti Epulo reficeretur: quo in loco, cum ingens ad eum viſendum populi concurſus fieret, nonnulla cupido cepit verba e ſuperiore loco faciendi, quibus ad vitam rectè inſtituendam concionem hortaretur: ſed ratus curationem haud proceſſuram, niſi a Capite, unde mala omnia depluerent, initium duceret; germani Principis affectibus medicinam faciendam cenſuit, antequam ſubiectos populos curare aggre-

Quotidie 3. horarũ ſpatio clauſus rebus Divinis vacat.

Temporis pretium unde?

dere-

deretur. Quare longos cum eo ſermones habuit, multùmque inſtitit, ut in tantâ licentiâ modum tenere, & cupiditatibus frena inijcere edoceret. Quid verò cum eo præſtiterit, inſequens caput palàm faciet. Interim ceteram turbam, quam non ratio, ſed ſenſus ducit, exemplo inſtruere maluit: quo ſcilicet, veluti manu Cæli ſemitam indicante, etiam qui verba minimè norunt, facilè edocentur.

Exemplũ, ut picta manus, Cęli via rudiores edocet.

Poſtquam verò conſilijs univerſis, quæ reſtinguendæ diſcordiarum flammæ opportuna credidit, ſatis ſibi videbatur inſtructus; Mantuâ ad Vincentium Ducem contendit, ut cum eo ſuſceptum pacis negotium ad exitum perduceret. Tempus omne, quo in eâ Vrbe morari compulſus eſt, dum id, quod venerat, tranſigeret, in Societatis ædibus fuit. Vbi tam illuſtria dedit virtutum omnium documenta, ut cuncti eius Collegij Patres mirum in modum ſe illius aſpectu ad pietatem non inuitari modò, verùm incitari, atque abripi faterentur. Animo ſemper, ac mente erat in Deum, quem coram adeſſe reputabat, intentâ: eumque vultus nitorem præſtantis ſanctimoniæ indicem, veluti ex Divini fulgoris repercuſſu, contraxerat; ut quoties reliqui in illum oculos conijcerent, Sanctiſſimum Antiſtitem Carolum Borromæum

Quendam vultus nitorē, qui olim in Carolo Borr: præferre videtur.

romæum, ſimili olim fulgore micantem, intueri redivivum putarent. Inde Proſper Malavolta, qui Mantuano Collegio eo tempore præerat, domeſticam parænesim octavo quoque die apud noſtros haberi ſolitam Aloyſio necdum Sacerdoti præter morem demandavit. Noverat enim Vir prudentiſſimus, iuvenilem ætatem ad bona, quibus ipſa affluat, contemnenda adhortantis, addituram orationi pondus, non detracturam: longamque diem eatenus authoritatem, quatenus experientiam, afferre: hanc verò Aloyſio in rebus Divinis, maximam eſſe: proinde id illi daturam authoritatis, quod interdum a ſerâ ceterorum ætate fruſtra expectaretur. Paruit igitur Adoleſcens, & trepidè licèt inſuetum onus ſuſciperet, ijs verbis aſſumptis: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi vos;* tanto Divinæ caritatis ardore ad mutuam omnes benevolentiam hortatus eſt, ut non ſuadere, ſed afflare quodammodo caritatem videretur.

Domeſticā parænesim non Sacerdos habet.

Io: 15. 11.

Antequam Mantuanorum Principem conueniret, & ad concordiæ cum eo conſilia ingrederetur multâ, atque humili prece a Deo illam oraſſe ſcriptores docent, exoraſſe autem docuit eventus: nam ut primùm Principem adijt, eò ſuis verbis perduxit, ut quidquid poſtulatum vene-

Primo congreſſu Mātuanū Principem ad cōcordiam flectit.

venerat, facilis ille, libenſque concederet: quare is unus congreſſus, qui ceteroqui ſeſquihoræ ſpatium non exceſſit, ſat longi temporis controverſias diremit. Prodigij ſimile omnibus viſum, eum, qui tam acerbis, ac pertinacibus odijs Rodulphum inſectabatur, ut nullius authoritatis vi ad ea remittenda dimoveretur; paucis S. Adoleſcentis verbis permotum, illico poſuiſſe, omniſque iniuriæ obliteratâ memoriâ æmulum in veterem gratiam reſtituiſſe. Nec Aloyſij cum Rodulpho maior, quàm cum Duce, propinquitas vim eius dictis minuere valuit; namque Vincentio Duci intimè cognita, perſpectaque eius integritas, privati in domeſticos ſtudij ſuſpicionem omnem ademit. Fuit qui ſaltem Vincentio author eſſet, ut quando reconciliandæ cum Rodulpho gratiæ conſilium obfirmatum haberet, curaret, ut id non uni Aloyſio datum crederetur, ne quibus negatum fuerat, offenſioni eſſet: proinde Aloyſium datis verbis tandiu duceret, dum Principes viri, qui antea deprecatores acceſſerant, habitam quoque in eâ re ſui rationem, perſuaſum haberent. Ad hæc Vincentius eiuſmodi reſponſum dedit, quo ſatis luculenter oſtenderet, ab ſe pluris unius Aloyſij benevolentiam, quàm complurium Principum virorum gratiam fieri,

Vincentius Dux Alpa lam concedit quod multis Dynaſtis negarat.

atque huius iacturâ illam benè redimi credere.

Egit inſuper per litteras Aloyſius, ut Rodulphus illata ſibi contra Ducem crimina ſcripto dilueret, ſic prorſus, ut ſuſpicionis nihil reliquum fieret: quo peracto, Caſtilionem regreſſus Rodulphum Mantuam perducit, ſiſtitque Vincentio Duci, qui datâ dexterâ fidei, ac benevolentiæ argumento, eum perhumaniter, ac perofficiosè acceptum menſæ adhibet, totumque diem varijs ad id inſtitutis obiectamentis detinet, tantâ familiaritate, & coniunctione, ut non alijs indicijs fuiſſe vulnus, & coaluiſſe noſceretur, niſi ex maiori inductâ duritie, ac iuncturæ firmitate: quod totum ad Medici peritiam referendum. Sub idem tempus Sulphurini oppidum, eiuſque agrum Dux in Rodulphi poteſtatem reſtituit, omni ſuo iure, ſi quod eſſet, in eum tranſcripto. Voluit etiam, Aloyſium eo die voluptatis illius fructum capere, cuius ipſe ſator extiterat: proinde ad epulas inuitavit: recuſantem verò ſaltem, ut Comædiæ ſub'atâ mẽsâ futuræ adeſset, rogare vel ſeriò, vel ioco inſtitit: cui ille arridens, ſuo id ſocio minimè probatũ iri affirmavit, petitâque abeundi veniâ diſceſſit.

Pax inter Principes componitur.

Ad mẽsã, & obiectamẽta inuitatus recedit.

CA-

CAPVT XV.

Alias domeſticas tricas ſumma dexteritate expedit, ac Mediolanum profectus, præclara ſuæ virtutis monumẽta relinquit.

PEr hæc eadem tempora Rodulphus Aloyſij frater gravi in vulgus concubinatus infamiâ flagrabat: propterea quia cum Virginem quandam loco haud ignobili natam, ſed illi longè imparem, diu deperiiſſet; ut genio citra Numinis offenſionem indulgeret, ſuumque amorem cum Divino conciliaret, legitimo ſecum matrimonio, ſed occulto iunxerat, ne ſcilicet nota aliqua familiæ inuſta materiam ſermonibus, offenſionibuſque ſuggereret. Quod tamen contra accidit; nam cum coniugij iura laterent, & coniugialis benevolentia, ac familiaritas palàm eſſet, ſuſpicio fuit, puellam a Rodulpho poſt vim ſemel illatam in concubinæ locum retineri. Quæ opinio ceteroqui falſa, cum temeritatis a compluribus veritatis indicijs abſoluere-

Rodulph. cõcubinatus infamia laborat.

tur, ita Caſtilionis oppidum oppleverat, ut etiam in Marthæ Parentis animum æquè ceteroqui pium, atque ad alienam impietatem credendam difficilem irrepſerit. Itaque Mater Aloyſij in Rodulphum authoritatem ſæpiùs experta, illum rogat, ut ſi quâ viâ, ac ratione id poſſit, tantas ſordes è germani Principis ædibus (ne veluti e ſublimi in ſubiectas domos defluerent, quæ pravi exempli vis eſt) moliatur abſtergere: facile enī ſcelus ſibi populos ſubijcere, ſi cum Principe ſedeat in throno: nec eſſe, qui ſibi licere non putet, quod legis latorem patrare conſpiciat: aut certè ſpem impunitatis ſcelerum obſtetricem non defuturam, ubi pœnas exigat, qui dare deberet, & cui puniri ſcelera diſpliceat. Negotium ille ſine morâ ſuſcepit, aditoque Rodulpho quantâ maximâ potuit contentione hortari eſt aggreſſus, ut quam rebatur pellicem domo exigeret, ſeque eâ peſte, ceteros contagione liberaret. Rodulphus tametſi certus id flagitij, cuius inſimulabatur, ab ſe procul eſſe, veritus tamen ne ad unius ficti ſceleris ſimulacrum vera permulta ederentur; quemadmodum ad unum pictæ domus exemplū multa ædificia conſurgunt; anceps quid agat, ſpatium ſibi ad deliberandum poſtulat, illud interim affirmans, ſe fratris conſilia, auſteriora licet,

Al: ad eius emēdationem adhibetur.

Ficta ſcelera veris in exēplo paria.

licet, non improbare: tempore duriſſima quæque emolliri, maximèque acerba miteſcere: ab eo ſpem eſſe quidquid nunc præproperè deſideretur, allatum iri, tutòque venturum, quod cũ periculo feſtinaret.

Interea Aloyſius Mediolanum ſtudiorum causâ ſeceſſit: ubi, cum de more omnibus exẽplo clariſſimum ad virtutem lumen præferret, hoc in primis memoriæ proditum; quòd cum ad eum pro ſacræ Euchariſtiæ munere, grates Numini agentem Ianitor feſtinus veniſſet, atque in aurem dixiſſet, Caſtilione Rodulphum Principem adeſſe, qui cum ſuo comitatu eum ad ianuam expectet; S. Adoleſcens nullo homini reſponſo dato, binas haud minùs horas eodem loco pronis genibus hæſit, ac tum demum ſeſe hoſpiti germano dedit. Ex eo autem liquidò didicit, fœminam illam, cuius conſuetudo vulgò malè audiret, legitimè coram Parocho, atque arbitris ſibi nuptui collocatam: cælatas verò ab ſe nuptias, ne generis diſcrepantia cognatos Principes offenderet. Lætus fuit ſupra modum Aloyſius, ubi intellexit, eo in loco apud fratrem animi integritatem haberi, ut ſanguinem, quàm mentem, fædatum mallet: ſed quia rem valde perplexam, ac magni cõſilij eſſe ſenſit; Fratris permiſſu doctiſſimos quoſque

Monitus expectari a Pricipe binas horas preces producit.

e Societate Viros, etiam qui Romæ degerent, per litteras conſuluit; quodnam in eâ re Chriſtiani hominis officium eſſet. Reſponſum fuit, Matrimonium omnino vulgandum, ne, ſi lateret, ſuſpicioni pellicatus magno cum publicæ honeſtatis detrimento, locum daret. Hoc accepto reſponſo Caſtilionem ad Rodulphum, eò iam regreſſum, properat, eumque graviter monet, ne ut inualidas hominum iras, ac propè ſagittas paruulorum devitet, fulmina Dei Præpotentis incurrat: ceterùm ſibi curæ futurum, cognatos Principes delinire, ut factum non improbent, quod ſupremo rerum Domino probari intelligerent: interim hunc placatum ipſe efficiat, elutis ſacrâ Exomologeſi vitæ ſuperioris maculis; quò propitio, ac faventi Domino obſecundantes famuli ſe quoque placatos præbeant. Suas uterque partes egregiè peregit, ac brevi omnia e ſententiâ, Deo benè iuvante, ceſſere: nam Aloyſius datis ad Mantuanum Ducem, item ad binos de gente Gonzagâ Pōtificis Maximi Purpuratos, ac ceteros eiuſdem familiæ Principes, litteris, tam multa, ac valida argumenta congeſſit, ut ex omnibus pacatas, amicaſque reſponſiones elicuerit. Cuius id in primis argumento, quòd eius Patruus Alphonſus Gonzaga, quem iratum præ ceteris ve-

Rodulph. fratris per ſuaſionem matrimoniū vulgat

verebatur, fortiſſimi Caſtri Godefridi, quod eius imperio ſuberat, Rodulphum haud ita multò poſt decedens heredem inſtituit.

Germano in hunc modum ad ſaniora conſilia revocato, ac veluti emendatâ capitis valetudine, ceteris reipublicæ membris aliquam pro ſuâ facultate medicinam adhibere non renuit. Rogatus enim a Marthâ parente, ut de rebus ad vitam futuram pertinentibus concionem haberet; in Æde ſodalitatis, cui a Diſciplinâ nomen, magnam hominum vim gravi, & copioſâ oratione ad bonam mentem hortatus eſt: & ut quam primùm factæ ſementis fructum aliquem decerperet, ad Euchariſticam cœnam in craſtinum paratam (qui dies Dominicus in exitu Baccanaliorum erat) populum conuocavit: fuitque tanta frequentia, iſque in omnibus ardor, ut noctem illam inſomnem Sacerdotes complures audiendis Confeſſionibus ducere cō pulſi fuerint. Die inſequenti Aloyſius ſacro adminiſtrare, cunctiſque ad Euchariſticā men ſam accedentibus poculum ori abluendo porrigere voluit: inter quos fuere Martha parens, Rodulphus frater unà cum coniuge, aliique ex aulâ permulti, qui deinde univerſi tempore pomeridiano, ut ſacrâ Cathecheſi ab eo imbuerentur, eòdem loci rediere: eaque omnia

Concionē publicè habet.

In exitu Baccan. populum ad ſacram cenam inuitat.

Poſt meridiē Chriſtiana doctrina eun dē imbuit

Aloyſius mirâ animi alacritate, parique ceteris ad pietatem exemplo geſſit.

Rebus Caſtilione compoſitis, Mediolanum repetit: quo in itinere cum ab ſummâ, ac frigidiſſimâ hyeme manus illi intumuiſſent, adeout abruptæ ſanguinem darent; nunquam adduci potuit, ut Chyrothecas, aut villoſum aliquod tegmen illis fovendis admoveret: ſed ſolatium haud vulgare erat, nonnihil ex eo ſanguine Chriſti causâ emittere, quem totum eius gratiâ profuſum iampridem maluiſſet. Poſtquam ad noſtrorũ ædes peruenit, vix dum ab itineris laſsitudine recreatus, conſuetas corporis pœnas, quas aula, ac negotia remiſerant, adiunctâ etiam acceſsione, revocavit: ita enim pœnarum ſitis diu tolerata exarſerat, ut modum nullum ijs ab ſe depoſcendis, niſi imperio coactus, faceret. Vbi primùm per eos, quibus ſuberat, licuit, in obſoletâ, ac fœdum in modum diſciſsâ togâ triclinium ingreſſus, omnium conuivarum in conſpectum venit: ſeque palàm culparum omnium reũ agens, pœnas nonnullas, prout iuſſus fuerat, dedit. Vigebat eâ maximè tempeſtate in Collegio Mediolanenſi religioſa Societatis diſciplina: omneſque propterea quo ſtudio inſtituti leges, eodem Aloyſium illarum omnium veluti paradigma amplectebantur

Manus pre frigore ſãguine fluẽtes renuit fovere.

Remiſſas corporis pœnas cumulatiè reſtituit.

ctaban-

bantur: mutua quoque erat Adoleſcenti erga Socios voluntas, quâ fieret ut quibuſcumque rebus poſſet, eorum ſalutem, ac beatam vitam procuraret: quia verò gregario hominum generi nihil utilius, quàm illi ad virtutem præire; ſtudium in id plurimum contulit, ut cunctis præluceret exemplo, ac virtutis ſemitam, non modò quæ nam eſſet, eundo, verùm etiam, quàm non ardua, feſtinando ſignificaret. Ac primò quidem nullius rei vacationem, aut immunitatem unquam tulit: ſed onera cōmunia, ut quæ multorum humeris incumberent, haud gravatè ferenda cenſuit: proinde cum alijs in gymnaſium venire, contubernalem eodem in cubiculo habere, miniſtrare conuivis, ceteraque domeſtica munera eò alacriùs, quò graviora eſſent, obire. Summam D. Thomæ Aquinatis paulò elegantiùs compactam, aureolis etiam inuolucris opertam in conclavi repererat: certus autem, non eo nitore reliquis tradi, mirè triſtatus eſt, Rectoremque aditum ſupplex, ac fuſis lacrymis rogat, ut cū aliâ magis tritâ, ac religioſam paupertatem profitente commutaret: ijſque in precibus tandiu hæſit, dum ob Evangelicam illam improbitatem, quâ preces Chriſtus probari voluit, indultum eſt quod popoſcerat. Impetravit etiam

Cūctis ad virtutem exemplo præit.

Nullo cōmuni onere eximi ſuſtinet.

tiam

Otium a ſtudijs in culinæ, ac triclinij miniſteria impendit

tiam, ut, ſiquid otij a ſtudijs interdiu eſſet, in adiuvandis culinæ, ac triclinij Præfectis exercere liceret: quare illis aquam, ligna, ſarmenta comportare, ornare conuivium, patinas, atque ollas eluere, tergere, aliaque talia, ut infimus quiſque homuncio ad ea comparatus, factitare: utque etiam ſe ad eiuſmodi miniſteria alacriorem præſtaret, reputabat animo, eam non hominibus, ſed Deo, Superiſque operam impendi: quam ob rem ſingulis triclinij menſis Cælitum alicuius nomen indiderat: verbi causâ, Rectoris menſam a Chriſto Domino rerum omnium Rectore nuncupabat: ſic proximam a Virgine, reliquas deinceps ab Apoſtolis, Martyribus, ceteriſque Sanctorum Virorum ordinibus nominare ſolitus erat: cumque illas inſterneret, perinde, ac ſi Superis inſtrueret, omni ſtudio, ac ſollicitudine, quidquid planè ageret ſatagebat. A prandio, vel cœnâ cum rei domeſticæ Adiutoribus erat aſſiduus: ſi autem in ſui ordinis adoleſcentiũ conuentu eſſet, poſtremum ſemper, eundemque maximè incommodum locum, ubi nec humeros acclinare poſſet, obtinebat. Sæpè in circulis a tergo alicuius alios auſcultare colloquẽtes viſus eſt, gaudebatque in cunctis ima petere, ac propemodum reptare, ne caderet, ſolitus

Triclinij mẽſas varijs cęlitũ nominibus diſtinguit.

Gaudet in cunctis reptare, ne cadat.

tus

tus ex alienis caſibus ſublimium pericula dimetiri.

Compluries hic etiam per eius urbis fora, ac loca celebriora ſtipem, comiteſque contumelias pannoſus coegit; idque non æquus modò, verùm tam gaudens, tam libens, atque adeo feſtivus, ut nihil ſuprà. Cuius id erat in cauſâ, quod Chriſtum ſupremum rerum Dominũ ad eum modum victum ſibi olim precariò parantem, animo repræſentaret, eamque comparationem ſibi ſummoperè gratularetur. Munus illi obuenerat, aranearum e domo telas diſcutere: cui muneri per ſe ſatis humili ignominiam, vulgando, cumulabat. Nam ubi Senatorum aliquem, ſeu alium quemlibet præſtantis familiæ virum in inferiori porticu deambulantem, adhibitâ obſeruatione, deſpexiſſet; continuò captâ perticâ, cui ſcopæ erant præfixæ deorſum ad araneas tergendàs devolabat: ſuumque negotium quamproximè illos poſſet, atque in eorum oculis, quò totius domi deſpicatiſsimus crederetur, gerebat: licèt hæc eum ſpes longè falleret: quâ enim viâ gloriam ſe declinare arbitrabatur, eâdem imprudens offendebat: ſiquidem is ipſe honos contemptus, ac veluti ſub pedibus actus, altioris honoris non modò tunc, verùm & ſequutis poſtea temporibus

Araneas corã nobilibus Viris diſcutit.

Eius exemplo Patres graviſſimi atrium publicè verrunt.

poribus baſis fuit. Nam eius exemplo ſolemne illud in Romano Collegio inſtitutum, ut pridie eius diei, quo anniverſaria B. Aloyſij memoria colitur, Vniverſi Patres, ijque iuniores, qui litteris dant operam, Provinciæ Præfecto, & Collegij Rectore præeuntibus ſub initium ſcholæ pomeridianæ ſcopis inſtructi atrium totum everrant. Spectatum eo tempore affunditur confertiſsima exterorum turba: in quâ non deſunt, qui initio ſimplicitatem irrideant: ſed deinde ſubeunte eorum, quos rident, nobilitate (vidimus enim ibi noſtro ævo totius Italicæ Nobilitatis florem) tam altè humanas irriſiones deſpicante, mirari coguntur illorum celſitudinem, a quibus, quæ ſumma inter homines habentur, deſpectari vident. Hæc autem tam honeſta deiectio Chriſto primùm accepta haud dubiè referenda, qui eam ſuo veluti contactu honeſtavit; ſed deinde etiam potiſsimùm Aloyſio, qui proximum ſe nobis ducem per tam obſcura, atque humilia ad veram petendam gloriam exhibuit.

Gratum illi uſque adeo erat negligi, ac deſpicatui haberi, ut cum illuſtrius aliquid gerendum offerretur, offenſos veluti ad fulgorem oculos ſtatim averteret: nec antea ad id ſe induci pateretur, quàm quid inde contemptus obue-

nire

nire poſſet, deprehendiſſet: tunc enim ſplendore diluto æquis oculis rem ſpectabat, animoque pacato aggrediebatur. Hoc maximè patuit, cum aliquando nonnulli Sacrorum Antiſtites Mediolanenſis Rectoris inuitatu ad mēſam unà cum noſtris in eo Collegio accubuerũt. Aloyſius enim iuſſus è ſuperiore loco verba inter epulas facere, gravem quidem accuratamque de Epiſcopi munere tunc orationem habuit; ſed nonnullis deinde ſucceſſum gratulantibus, id unum, inquit, in eâ re alienâ gratulatione, ſuoque gaudio dignum ſibi viſum, quod palàm ſe blæſum eſſe prædicaverit. R enim litteram linguæ vitio minus expedire valebat. Illud denique obſeruandum, quòd cum aliquando officio deeſſe videretur, eò quia ſalutem impertientibus, mente ſurſum erectâ, minimè redderet; re aliorum admonitu cognitâ, mirum quantum indoluit: tum publicæ increpationi crimen ſubiecit, adſcriptâ ſuperbiæ causâ, eâque ſatis copiosè exaggeratâ: exinde verò vigilem in eo curam adhibuit, ut animum Divinis vacantem humana non præterirent, itàque Deo eſſet intentus, ut Divinam homines ſobolem minimè negligeret. His igitur Chriſtianæ virtutis documentis in eâ Vrbe datis, tanta de illo apud noſtros, exteroſque exiſtimatio

Ex habita cõcione ſibi gratulatur, quod blæſus apparuerit.

Digitized by Google

ſtimatio inualuit, ut nonniſi ſummâ cum animi reverentiâ, ac pietatis ſenſu ipſum alloquerentur: tametſi ille non omnibus paſſim, ſed quos eandem ſecum viam ingreſſos, pariterque incitatos noſſet, ijs ſeſe libentiùs adiungeret: idque eo conſilio, ut non ſuo tantum, ſed alieno etiam impulſu ad arduam ſalutis viam progrederetur.

DE

Digitized by Google

DE VITA, ET REBVS GESTIS BEATI ALOYSII GONZAGÆ LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Divino inſtinctu mortem inſtare præſentit, ac Romam revocatur.

PErvenerat iam Aloyſius ad venerabilem illam ſenectutem, non longâ annorum ſerie, ſed rerum geſtarum tum numero, tum gravitate computatam: quæ nimirum præferuidæ caritatis vi maturitatem adepta, non ævo, ac ſenio corrupta mortis acerbitatem migranti detrahit, ſuperſtitibus, orbiſque relinquit. Hanc unam decoram Superis canitiem eſſe, dignamque cenſeri, cui cæleſtis imponatur corona, ex Divinæ Sapientiæ oraculis novimus. Quare ubi S. Adoleſcens ad eam properatis venerat itineribus, Divinæ Numinis Providentiæ placuit,

Quæ vera hominum maturitas, queq: ſenectus veneranda.

Sap. 4. 9.

Digitized by Google

cuit, virtutem ætate celeriorem feſtinato diademate decorare: viſumque opportunum, præmaturum fructum præmaturè legere: ne fortè quemadmodum mitia iam poma diuturnitate putreſcunt; ita eius mens Cælo matura, vel ſeculi corruptelâ putreſceret, vel ſeneſcentis, ut ſæpè fit, ſui corporis contagione conſeneſceret. Quià verò in vitæ exitu tanquam in extremâ fabulâ Aloyſij virtus pulcherrimum ſui ſpectaculum præbuit; operæ pretium duximus tertium hunc, eundemque poſtremum huius Operis Librum eius pretioſæ morti, quæque pretium fecerunt, enarrandis dicare: quò illius veſtigia ſequuti locum hunc omnis noſtræ peregrinationis difficillimum, ac periculi plenum, mortis ſcilicet anguſtias, nullo metu ſollicit præteruehamur. Exiguum quidem poſt factam e Cælo inſtantis obitus ſignificationem, tempus illi ſuperfuit; quo tamen benè uſus, adeo ſublime faſtigium Evangelicæ turri totâ vitâ conſtructæ impoſuit, ut via in Cælum ex arduâ in pronam verſa, ad migrandum inuitaret: qui fructus perpetuò in vitâ laborantes manet, ut Cælo altiores, Deoque proximi facilem in morte, ac propè declivem ad ſuperum ſedes ſibi aditum ſternant. Antequam verò ad ea, quæ ſupremo hoc tempore geſſit, enarranda

Pulcherrima eius vitæ pars extrema.

da

da aggredior, quouſque hactenus peruenerit, libet duorum locupletiſsimorum teſtium tabulis, atque authoritate cognoſcere.

Erant per id tempus, quo Aloyſius Mediolani verſabatur, duo ex noſtra Societate viri clariſſimi, Bernardinus Mediceus Florentinus ex nobiliſſimâ Mediceorum familiâ publicus ſacrarum litterarum interpres, & Achilles Galliardus, cuius ea una laus inſtar omnium eſto, quod Sanctiſſimus Antiſtes Carolus Borromæus in intimis habuerit. Vterque Aloyſio familiaritate coniunctus præclarum illi virtutis teſtimonium dedere. Mediceus ſcriptis ad Cœparium litteris multa de illo graviter prædicat, ſummiſque laudibus effert: ac primò quidem ſenſus aliquot eius exponit Divinæ Sapientiæ plenos: quos tamen omitto, quia rebus ab eo geſtis luculentiùs declaratos puto. Tum incredibili eum cupiditate flagraſſe memorat, aduerſa omnia Dei causâ ſuſtinendi, cui nunquã eſſet, unde ſatisfieret, eò quòd nihil aduerſari videretur aduerſis omnibus inhianti. Eam porrò de reliquis opinionem habuiſſe, ut nemo illi, præ ſe, malus eſſet: ſiquid verò perperàm factum occurreret, haud quidem probare, verùm mitiorem in partem, quoad liceret, interpretari ſolitum. Aliena errata authori ſuo

Bernardini Medicei præclarum de Al: teſtimonium.

Inſatiabilis aduerſa tollerandi cupiditas.

Nemo illi, præ ſe, malus.

magnâ dexteritate in argumentum benevolentiæ ſignificare, ſua ſemper doceri, ac docenti habere gratiam paratum. Quandiu, inquit Mediceus, uſus mihi cum illo fuit, nullius cupiditatis vel primos impetus, motuſque deprehēdere memini: quod indicium ſummæ virtutis, ac domitarum cupiditatum ſit; ſubitis ſibi caſibus adeſſe, nec eas, aliud agente ratione, ac veluti ſopito Magiſtro, erumpere, ac debaccari. Poſtremò illud generatim adiungit, nihil in eius factis intueri ſibi unquam licuiſſe, quod vel leviter ab inſtituti legibus, officioque deflecteret: nihilque magis præſtitiſſe, quàm ut in omni genere laudis ſingularis eſſet, in nullo videretur: extare ſpectarique, reformidans, perinde ut quæ ſpectantium oculorum, eadem & prædonum acies eſſet.

Ne primis quidē cupiditatum motibus tāgebatur

Achilles verò Galliardus arcanæ, abditiſſimæque Deum inter atque homines conſuetudinis doctor eximius, uti eius hâc de re edita ſcripta teſtantur, cum inaudiſſet Aloyſium intimâ cum Deo familiaritate potitum re ipsâ præſtare, quæ myſticæ doctrinæ præceptis cōtinerentur; id egit, ut in eius amicitiam ſeſe penitus inſinuaret, quò e proximo intueri fas eſſet, quidquid famâ, atque auditione accepiſſet. Ergo ſermone de Divinis rebus cum eo

Achillis Galliardi teſtimonium.

ſæpè

ſæpè inſtituto ſenſim ad tractandos ſuaviſſimos Divini Amoris fructus delabebatur: unde paucorum dierum ſpatio ſatis liquidò didicit (quemadmodum ternis eâ de re datis litteris, ac iureiurando firmatis poſtea vulgavit) S. Adoleſcentem ſupra plurima, eademque præſtantiſſima munera a Superis accepta, eo in primis auctum, ut ſingulis diebus Divinam illam Magni Areopagitæ caliginem ingreſſus arctiſſimo Numinis complexu, delicijſque inde emanantibus frueretur. Miratus præterea vehementer eſt, Adoleſcentem, cui necdum tertius ſupra viceſimum exierat annus, eò progreſſum, quò vix pauciſſimi affectâ iam ætate peruenere. Rogavit inſuper aliquando, ecqua ſuſpicio illi eſſet, eiuſmodi agendi morem a noſtræ Societatis ſtudijs, atque inſtituto abhorrere? cum enim omnis noſtra vita actuoſa ſit, legeſque ad quas componimur, alienæ apud Superos felicitati comparandæ impensè ſtudeant; myſtica verò vita tota umbram, ac ſolitudinem ſpectet; qui unquam fieri poſſit, ut altera ita alteri concilietur, ut hæc otium, ſeque ipſam unà cum otio perdere velit, quò ſeſe alienæ ſaluti procurandæ devoveat. Ad hæc Aloyſius; ſi Divinæ, inquit, conſuetudinis nexu ab alienæ ſalutis ſtudio me impediri intelligerem, il-

Divinā caliginē ſingulis diebus ingreditur.

Actuoſam vitā quàm benè cum cōtēplatione iunxerit.

lum continuò abrumperem, ne amore præpoſtero, peruerſoque, ut Numini contemplando, ac veluti demulcendo vacarem, & eius imperia contemnerem, & nomen augere, ceteris ad illius cultum adducendis, negligerem. Quibus ex verbis maior ſenem admiratio inceſſit, ut qui ex ijs apertè cognoverit, Numinis in Aloyſij pectore caritatem altioribus defixam radicibus, quàm ut ullâ negotiorum, externæque procurationis vi labefactari poſſet: ac Divinæ contemplationis otio alienæ ſalutis negotia nequaquam impediri, ſed tranſigi. Exindè vero hoc tam ſingulare B. Adoleſcentis munus ceteris prædicare palàm, haud unquam deſtitit.

Interiori lumine de inſtante morte edocetur.

Huc igitur Aloyſius pietatis ſtudio hactenus proceſſerat, cum aliquando matutinæ precationis tempore, ſubito quodam, atque interiori lumine afflatus, clariſſimè perſpexit, ſe haud ita multò poſt e vivis abiturum: moneri proinde ut pararet ſeſe, eoque anno vitæ poſtremo animum a rebus humanis quàm maximè avulſum maiori, quàm antea ſtudio, in officia pietatis, regnumque cæleſte ijs comparandum intenderet: quo autem lumine mentem ſibi illuſtratam, eodem & incenſam ſenſit, tantamque illi amoris, & curæ rerum ſupernarum

acceſ-

acceſſionem factam, ut mortalia omnia, deletis propemodum veſtigijs, ex animo incunctāter exciderint. Hoc Divinum reſponſum, quādiu Mediolani fuit, tacitum tenuit: Romamque regreſſus, præter Vincentium Brunum, aliosque nonnullos ſuis dudum conſilijs intimos, aperuit nemini. Proinde idem in publico habitus oris, qui anteà, exterior in litteris diligentia eadem, eademque reliqua univerſa; unus duntaxat ſecretus in ſinu amor non idem, quippe omnis à rebus hiſce fluxis abſtractus, ſola æterna, ac manſura ſpectabat.

Hoc interim ſpatio Claudius Aquaviva univerſæ Societati Præpoſitus, comperto, Aloyſium cuncta, quorum illi procuratio commiſſa erat, proſperè geſſiſſe, e Galliâ citeriore in Vrbem revocare animum adiecit: ne ſcilicet tantæ probitatis exemplo lectiſsima toto Orbe Collegij Romani Iuventus eius olim apprimè ſtudioſa fraudaretur: quo nomine eiuſdem Collegij Rector ſubiectæ ſibi Iuventuti conſultum volens a Claudio Aloyſij reditum cupidiſſimè poſtularat. Ceparío negotium datum, ut Aloyſius hâc de re certior fieret: quo nuncio S. Adoleſcens tam lætus fuit, quòd dudū idipsū in optatis habuerat, ut veritus futuram aliquā expletæ cupiditatis contumaciam, Bernardinū

Coll:R:Rector Al:reditū petit.

Redeundi cupiditatē ſuſpectam habet.

Mediceum adierit, edoctumque, eſſe qui Romæ ſuum in Vrbem reditum moliatur, impensè rogarit, ut præmiſſo Sacro Numen ſupplex oraret, ne ſe hoc voto (ſi ita ad eius gloriam præſtaret) potiri permitteret. Verū acceptis haud ita multò poſt ab ipſo Claudio litteris, quibus regredi iuberetur, certus id Divinæ Clementiæ ſuis ſemper votis obviæ, fixum ſedere; ſummo gaudio eſt affectus: ſtatimque plures ad veteres amicos epiſtolas ſcripſit, quibus & ſuā redeundi lætitiam, & quorſum ea tenderet, quidve in reditu potiſsimùm ſequeretur, edocuit: nimirum eoſdem ſibi virtutis educatores fore, a quibus prima ſemina ſe accepiſſe noverat, eaque nuſquam feliciùs proventura, quàm ubi eorum, qui ſparſerant amore incaleſcerēt, & ſudore irrigarentur. Scilicet id unum in hoc negotio Aloyſio cordi erat, non pravum aliquod Romanæ Vrbis, ac domicilij ſtudium, quale leviculis nonnullis ineſſe cernimus, quos nimirum alienæ felicitatis, ibi maximè luxuriantis, odor alit, recreatq: propriâ deſtitutos. Aloyſius enim Vrbem, non ut in ea diù, ac iucundè viveret, ſed ut brevi, ac piè moreretur, ſatis conſcius appetebat.

Quorsū ea cupiditas tendat.

Anno igitur a Virginis Partu MDXC, Maio ineūte unà cum Gregorio Maſtrillo, alijſque

e So-

e Societate nonnullis viâ per Hetruriam proximâ iter Romam verſus inivit. Viæ labores, ac tædia, ſuo inſtituto Divinis commentationibus levabat: unde tamen interdum avocabatur a ſocijs, ut ſibi etiam nonnihil ex ijs, quæ commentus eſſet, impertiret: cæleſtique Sapientiæ, quæ inuidiæ anguſtijs opprimitur, communicando, ſpatia laxaret. Vnum illud in eo itinere permoleſtum fuit, quòd nimio plus ſibi a ſocijs ætate, atque authoritate gravioribus tribui, primaſque ſemper deferri perſpiceret: nec erat unde hanc a ſe acerbitatem, quâ nihil illi intolerantius, redimeret; nam quò impenſiùs honores deprecaretur, hoc alij magis dignum cenſere, ac ſtudioſiùs deferre. Vnica itineris moleſtia ſocioru͂ officia.

Senas delato, Divæ Catharinæ Senenſis Sacellum, ubi eius caput religiosè aſſeruatur, inuiſere placuit: ibique cæleſti Dape Petri Alagonæ manibus, cui operanti miniſtrabat, ſummâ cum animi ſui voluptate refectus eſt. Inde rogatus, ut noſtris Adoleſcentibus in ſodalitium Virginis coactis verba faceret, eoſque ad virtutem, vitæque beatæ ſtudium hortaretur; poſtquam ſe facturum recepit, horamque condixit, ad preces in odæum contendit, ibique veluti acceptis e Cælo, quæ ferret, mandatis, ſuum ſeſe in Conclave abdidit, notavitque, ne

Verba facit ad Virginis ſodales eoſque ad religioſã vitã incendit

exciderent, ſumma duntaxat eorum capita: mox alio nullo authore, libroque conſulto, quâ horâ conuenerat, in concionem venit, habuitque de honore, voluptate, diuitijs, ceteriſque labentium rerum mendacijs contemnendis orationem adeo feruidam, atque incitatam, ut, exemplo doctrinæ vim demonſtrante, illorum non paucis humana omnia deſerendi, ut religioſæ militiæ nomen darent, cupiditatem incenderit. Huius poſtea orationis exempla cõplura deſcripta ſunt, quò in eos, qui peterent (fuerunt autem permulti) diſtribuerentur. Is verò cui ipſum S. Adoleſcentis authographum obuenit, ſummo ſemper in pretio habuit, tanquam inſigne eius pietatis monimentum. Fuit autem eius in dicendo character, uti ex alijs ſcriptis illius liquet, perpetuò planus, ac ſimplex, qui Auditorem ad ſententiam perduceret, non detineret: ſiquidem haud erat ignarus veritatis Euangelicæ quolibet ornatu elegantioris tegi verborum apparatu, non ornari venuſtatem. Denique Senis relictis Romam peruenit, ubi uniuerſa Collegij Romani Iuventus eum ſummo cum gaudio complexa eſt, reditumque diu exoptatum æquè ſibi atque illi peramanter gratulata.

Al: in dicendo character.

CA-

CAPVT II.

De ſumma Aloyſij in Virtute præſtantia.

VT primùm Romam attigit, Cæpario ſuo ſalutato, *Sepelivi* inquit, *mortuos meos*; tempus monet, ut mortalibus curis exuto, ſola ea vita cordi ſit, quæ mortis tela, eorum iactu ſublimior, non pavet: nec ita multo poſt Collegij Rectorem adit, eique ſcripta ſua univerſa, tum quæ ad Theologica ſtudia, tum quæ ad ſalutem, atque animi cultum pertinerent, defert. In his accuratæ in D. Thomam commentationes quædam erant proprio marte conſcriptæ, quibus, uti mentis proli, ſe pluſculum conciliatū, ac paulò indulgentiorem animaduerterat. Sciſcitanti verò Rectori, quid ita ſcriptis Theologicis, ijſque potiſſimùm, quæ ſuopte ingenio elucubraſſet, ſe vacuum vellet; malè ſe metuere, ait, ne ea retinendo, quò minus ad Superos evolandi poteſtas eſſet, retineretur: nihil iam ex rebus hiſce mortalibus, præter unas illas lucubrationes, ſupereſſe, unde ſuæ liberta-

Suas elucubrationes Rectori tradit veritus nimiã in illas propenſionẽ.

ti

ti timeret: quidquid adhærere poſſet, maturè amoliendum cenſere; ne mors abſtractura cum dolore degluberet. Quo in genere illud quoque memoriæ proditum, ſolitum fuiſſe operam dare, ne apud Præpoſitos, ac Rectores ullâ ratione gratioſus eſſet: moleſtèque admodum ferre, ſi quempiam ex ijs ſibi æquiorem cerneret. Quin etiam gravioribus quoque authoritate viris probari, ac præ ceteris diligi mirificè horrebat; ſat ſciens hominum complexus, quò potentiorum, eò validiùs ad terrena detrahere, atque in humanis alta petituros retinere. Hinc non modò eorum benevolentiam minimè captabat, veritus ne ſuæ laqueum necteret; verùm nec amore, officijſque reſpondere ſolebat, nec ullos æquè ijs proſequi, ac a quibus ſe contemni, aut minus curari crederet. Quare ea ad Aloyſium promerendum una patebat via, deſpicatui ducere, vel ſaltem negligere, ac tranſmittentis ſpeciem præſeferre. Quod cum Rectoribus notum eſſet; id, ut ei gratificarentur, ſtudioſè curabant, nullo ut præcipui amoris indicio, nullâque re illum a communis iuris æquabilitate eximerent.

Egrè fert, ſe præ reliquis diligi.

Via ad Al: promerendū ſpeciē negligentis præferre.

In uſu familiari, qui illi cum noſtris erat, cum antea ſemper facilis, comiſque fuerat, tum vel maximè fuit hoc tempore, quo quidquid auſte-

auſteritatis reliquum foret, caritatis ardor mirum in modum decoxerat,& mitigaverat. Cunctos ſummâ benignitate, ac ſuavitate alloquebatur, eoque illicio, ut minimè vellet,omnium ſibi voluntates adiungebat. Quare illum in meridianis, & veſpertinis poſt cibum congreſſibus certatim plerique omnes, uti de Divinæ Naturæ, ac ſupernarum rerum præſtantiâ, diſſerentem audirent,conuenire: faterique non pauci, ſe haud perinde in matutinâ unquam precatione, atque in eiuſmodi ſermonibus ad cæleſtis gloriæ, & virtutis ſtudium incenſos. Si quando tamen ſolus ab alio quopiam conueniretur, cui arcanos ſui pectoris ſenſus tutò credi intelligeret; tunc enimvero intimo,quo urebatur, incendio aditum reſerabat, votaque ſua, & mirifica cæleſtis Patriæ, Deique coram contemplandi deſideria educebat: idque tanto ſermonis ardore, ut ſocios veluti ſtupore tam inuſitati æſtus defixos ad dandos ex imo pectore gemitus, ac ſuſpiria, quòd ſe tam procul inde remotos cernerent, provocaret.

Hoc maximè tẽpore ſumma illi ſuavitas, ac benignitas.

Eius ſermones ad ſtudiũ virtutis excitandũ efficaces.

Hoc eodem tempore, quidquid ageret,diceretue, mentis aciem a præſentis contemplatione Numinis avocabat nunquam: cum enim iam nihil Deo O. M. potius illi, atque optatius eſſet, curæ nulli locum dabat, cui cum

Divina preſentia nunquam illi excidit.

Numi-

Numine, ac Superis non conueniret: crebriùs propterea ſupremis hiſce vitæ diebus mente a ſenſibus ita abductâ ingrediebatur, ut ſalutem impertientibus, minimè rependeret: quod potiſſimùm uſuveniebat, cum in exedrâ inambulans aliquid ſecum e Virginis Coronâ, vel Pſalterio murmuraret: tunc enim vel in mediâ turbâ, perinde atque in vaſtâ ſolitudine, ſæpè procumbens ea pietatis ſigna edebat, quæ cetero-qui nonniſi Cælitum conſcientiam amant. Tanta porrò Divini amoris æſtus incrementa ceperat, ut, quoties ſacer aliquis Orator Divinitatis laudes, eo præſente attingeret, ſive etiam alius quiſpiam in eam mentionem incideret; continuò, velut admoto materiæ opportunæ igniculo, clauſa pectoris flamma ſurſum erumperet, vultumque aggrederetur. Tunc autem tam ingenti cæleſtis lætitiæ vi exuberabat, ut animo vix præ gaudio compos vocem nullam, utcumque conaretur, edere poſſet. Quod cum aliàs haud rarò, tum præcipuè accidit aliquando, ubi inter epulas â Lectore nonnulla de Divinâ aduerſus homines caritate recitari audivit: confeſtim enim ingens ſibi in pectore excitari ſenſit incendium, unde afflatus exarſit vultus, factâque cibi intermiſſione tantiſper, dum vis remitteret, ceſſare compulſus eſt.

In turba perinde, ac ſolus precibus vacat.

Ad Dei mẽtionẽ totus inardeſcit.

Vide mirum huius ardoris exemplum.

eſt. Ea res omnium, qui ad eandem menſam accubuerant, ora atque oculos evocavit: veritique aſſidentes, ne quâ corporis affectione laboraret, cupidè rogitant, ſatin rectè, an verò aliquid obortum incommodi? Ille, inhibito vocis uſu, nullum reſponſum dare, verùm oculos deijcere, lacrymari, æſtuare: pectus quoque unà cum frontis venis ita intumeſcere, ut cuncti eius vicem ſolliciti, ne qua vena fatiſceret, in metu eſſent: quare in eventum intenti, quorſum eruptura vis illa eſſet, ſuſpenſi opperiebantur. Tandem poſtquam diù eodem habitu hæſerat, ſub mensæ exitum vi, ac perturbatione depulsà recreari viſus eſt, paulatimque collectis viribus plenè reſtitui. Vbi verò a reliquis animaduerſum, eiuſmodi motus in Aloyſio Divinæ caritatis impetu cieri; quidam eos de Divinis laudibus ſermones, quò alieno igne nonnihil & ipſi incaleſcerent, deditâ operâ inijciebant; alij haudquaquam ſuſtinentes calorem ſibi ex alterius rogo creari, ſiquando in Divini Amoris erga hominum genus mentionem delaberentur, illico medium ſermonem abrumpere. Integram horam in dies ſingulos hoc poſtremo vitæ anno rerum ſalutarium lectioni dicaverat. Ducebatur autem plurimùm ijs libris pervolvendis, qui ſummæ

mæ aduerſus Deum caritatis abſolutionem, perfectionemque edocerent, quos inter ea erat Epiſtola, quæ unà cum D. Bernardi operibus circumfertur inſcripta *Ad Fratres de monte Dei*, quam toties, tamque accuratè verſaverat, ut propè integram memoriâ cuſtodiret: ne verò facilè, quæ legiſſet, effluerent, potiores ſententias in commentarium retulerat, ratus eodem ſtylo, quo in chartâ, etiam in mente altè illas exaratum iri.

Eius cubiculi anguſtiæ, & ſqualor.

Quarto iam anno (is erat a Virginis Partu MDXC) Theologici ſtudij ineunte, iuſsus eſt a Collegij Rectore in cubiculo ſolo, ac ſine contubernali commorari. Ille, tametſi idem iuris cum reliquis habere cuperet, nihilque præcipui; tamen ut unâ operâ, & Obedientiæ, & Paupertatis ſtudio ſatisfaceret, id egit, ut ſibi obſoletum quoddam domus gurguſtium, ſublimè ad tectum poſitum, permitteretur: quod cum tetrum, humile, ac ſitu ſqualidum, tum uſque adeo anguſtum erat, ut ultra lectulum, ſellam ligneam, & ſcabellum ponendis ad preces genibus (quo tamen ad menſæ ſcriptoriæ munus duntaxat abutebatur) aliud caperet nihil. Tantum luminis e tecto in exiguum hiante foramen derivabat, quantum ad oſtendendum hoſpitij ſqualorem, ac paupertatem ſatis eſſet:

eſſet: nemini propterea ex ijs, qui litteris vacarent, hiuſinodi cubiculum, ſeu antrum Muſis, ut ita dicam, exitiale, dari conſueverat. Ille eò libentiùs accepit, quò Divinæ contemplationi, omni avocamento ſublato, opportunius fore intellexit: cumque ibi latitantem aliquando Præſes inuiſeret, ſupramodum hilarem, ac præ lætitiâ geſtientem reperit, quòd in exiguo illo tugurio quidquid in Orbe, maximum, atque optimum foret, nullâ factâ ab anguſtijs, niſi rerum interpellantium, atque avocantium diminutione, potiri daretur.

Eiuſdē in eo hilaritas.

Denique extrema hæc ætatis tempora ita omnes virtutis, ac probitatis numeros impleverant, ut permulti ijs temporibus æquales iureiurando negaverint, ulli unquam ex domeſticis contigiſſe, ut illum in aliquam ex levioribus culpis prolapſum cernerent. Quod etiam plus admirationis habet ex eo, quòd ab eius familiari, cui binos ferè annos unum, & commune cum illo conclave fuit, proditum eſt: is enim pariter iuratus refert, cum utrique a Rectore permiſſum, mutuis ut inter ſe officijs amicè commonerent, ubi alterum quid peccaſſe alter deprehenderet; nunquam ſibi per id omne tempus univerſa Aloyſij ob oculos habenti, quidquam compertum, unde vel minimæ no-

Biennij cōtubernalis nullā in eo noxā obſeruare valuit.

xæ

Eius confeſſiones excipienti obiurgationes erant.

xæ reum credere poſſet. Fuit præterea qui confitenti aures dare ſolitus affirmatè ſcripſit, toties Chriſtianæ Inſtitutionis Doctorem, ſuæque obiurgatorem ſocordiæ ſibi auſcultare viſum, quoties ad eum in Sacrâ Confeſsione audiendum accederet. Alius Sacerdos, idem & Orator haud vulgaris, tam ſublime Sanctimoniæ culmen uſque adeo venerabatur, ut perinde, ac ſi rei cæleſtis, ac propè Divinæ conſpectum minus ferret, nunquam ei ſeſe adiungere, eumque alloqui auſus fuerit: tametſi id maximè cupientem occaſio ſæpius inuitaret.

Sacerdos ab eius cõſuetudine ob reuerentiã abſtinet.

Antequam ſupremo illo, cui tandem ſuccubuit, morbo tentaretur, per aliquot menſes tam vehementi beatæ apud Superos vitæ deſiderio tenebatur, ut ferre vix compos, crebris illud de morte ſermonibus lenire ſtuderet: fuitquæ per eos dies ſolitus dictitare, optatiſsimum ſibi fore iuvenem necdum Sacerdotio, quo brevi eſſet initiandus, præditum, letho intercipi. Ita enim a redddendâ ratione complurium negotiorum, quæ Sacerdotij munus, & longa dies exaggerant, ſe immunem fore ſperabat: nec dubium erat, pauciorum criminum conſcientiâ mortem noſtris aculeatam, atque horridam culpis multo terrore exarmatum iri. Quam autem occaſionem Deus votis eius ac-

Mori cupit nondũ Sacerdos;

com-

commodaverit, obtuleritque, proximo capite perſequemur.

CAPVT III.

Gravi Morbo, Aegrotis miniſtrando, corripitur.

ANno inſequenti, quem Æterna Numinis Providentia Aloyſij funeri deſtinaverat, frequentiſſimæ mortes ex annonæ caritate Italiam propè omnem infeſtam habuere. Romæ verò, quò maiorem pauperum vim ſpes alimoniæ undique conuocarat, ita mors graſſabatur, ut peſtilentiæ munus fames auſpicaretur: tam multos cernere erat annonâ ingraveſcente famis atrocitate peremptos. Hanc benè de alijs merendi occaſionem nacti Societatis Patres eò curas omnes, & cogitationes contulerant, ut ad animorum ſalutem procurandam, corporũ curatione ſibi viam munirent. Nullâ enim re æquè aliorum animi nobis adhæſere, atque adhibitâ ſibi amiciſſimis, cognatiſque corporibus miſericordiâ. Ergo ſublevandis inopum mi-

Mortis occaſio.

Officia pietatis a PP: Soc: erga pauperes.

miſerijs omnes certatim vel ſuo, vel precario commeatu graves totâ Vrbe volitare, egentes conquirere, ſolari, reficere, vitæque præſenti quodammodo reſtitutos ad æternam ſalutaribus conſilijs, atque adhortationibus comparare. Eòdem Claudius Aquaviva univærſe Societati Præpoſitus maximè omnium incubuit: ratus enim haud commodè quenquam præeſſe ardua ſequentibus, quin & idem præiret; cum ſuos omnes alijs atque alijs Vrbis Noſocomijs deſcripſiſſet, ipſe ad ea agmen ducere, atque infima quæque plenaque periculi miniſteria ſubire nõ dubitabat: ſic prorſus ut ne elephantiacis quidem ſeſe adiungere, ac miniſtrare temperaret. Quin etiam, ut latior noſtris, in quo virtus excurrere, atque exerceri poſſet, campus pateret; nouum de ſuo aperiri, ac ſuſtentari Valetudinarium iuſſit. Quo tempore, cum ſuam quiſque partem, cuius tutandæ reus eſſet, impigrè obiret, Aloyſius vim ſuæ caritatis latè explicuit. Ac primò quidem crebrò per Vrbem ſtipem oſtiatim corrogare eſt aggreſſus, idque tantâ alacritate, ut obvios quoſque admiratione defixos ſiſteret; propterea quòd eâ lætitiâ mendicum diffluere cernerent, cuius ſummâ inopiâ opulentiſſimi quique laborarent. Venerat Florentiâ per eos dies negotij cuiuſdam a-

Cl: Acqu: Elephãtiacis miniſtrat.

pud

pud Pontificem procurandi cauſâ Ioannes, vir de Gente Mediceâ princeps. Hunc Aloyſio ve tus a primâ ætate, ac diuturna conſuetudo mirificè conciliaverat, ſummâque neceſſitudine, ac benevolentiâ iunxerat. Quam ob rem cum ſe officioſo Principi haud vulgariter obſtrictum intelligeret, a Provinciæ Præſide, illum ut ſalutatum iret, veniam rogavit, hâc tamen lege, ut tritâ atque obſoletâ amictus lacernâ, item mantica onuſtus eius in conſpectum veniret: quod duplici de causâ ab ſe fieri ſignificavit; altera, ut inopum anguſtijs de illius notâ munificentiâ opem ferret; altera, ut Chriſtianæ pietatis quæ in eo olim ſemina deprehenderat, illâ rerum humanarum deſpicientiâ, foveret, excitaretque. Itaque veniâ exoratâ utroque voto potitus eſt: nam & Princeps haud modicã pecuniam in pauperum uſus erogandam tradidit; & eo aſpectu prænobilis Adoleſcentis in mendicitate hilaris, commotus, ſuæ ingemuit, humanæque omni amplitudini, quam ſupernâ luce colluſtratam ita Sanctis viris decolorari, ac vileſcere cerneret: tum miris laudibus Beati Adoleſcentis demiſſionem prædicare, ceteraque eius geſta olim ſibi comperta in Cælum tollere minimè ceſſabat. Inuiſit Io: Mediceum trita amictus veſte, & mantica onuſtus

Porrò cum ægrotis operam daret, uſque adeo

Eius exẽplo Tiberius Bondius mortis periculum negligit.

deo eius exemplo ceteri permovebantur, ut Tiberius Bondius unus ex eius ſocijs inſolito æſtu illius aſpectu ſuccenſus, non labori, non periculo parcens, omnium fœ finſimis, maximeque deſtitutis miniſtrare gauderet: monentibus verò, diligentiùs ſibi cavendum, quod morbus contagione vulgaretur, Aloyſium opponebat, cuius contentione pudor eſſet, vilem animam ei periculo ſubducere, cui tam nobilem Aloyſius Chriſti causâ obiectaret. Quare cum Tiberius in eo miniſterio ſibi haudquaquam temperandum duceret; paucis diebus lue correptus interijt. Eum verò ubi Aloyſius ſupremo morbo conflictari vidit, amico aſtanti, quàm libens, inquit, Tiberij vitam, vicariâ morte redimerem: certa enim nunc ſpes mihi foret, a Deo minimè repudiatum iri eam animam, quam eius causâ profunderem: quid me verò futurum ſit, ſi alio mortis genere occumbam, mihi prorſus ignotum. Eâdem poſtea vi morbi plures ex eius ſocijs abſumpti ſunt, & prodigio ſimile, quòd non omnes: nam quâcumque planè oculos conijcerent fœda omnia mortem intentare, atque adeo exhalare videbantur. Vbique vel moribunda, vel extincta corpora ſanie, taboque fluentia occurſabant: undique luctus, clamorque opem implorantium, quam ſæpè cũ

Al: Tiberij vitam ſua redimere cupit.

nemo

nemo ferret, alijs contactum metuentibus, alijs in diverſum vocatis, doloris vi quidam lectis delapſi ad terram exanimes defluebant. Aliqui in inſaniam acti, cum fugam meditarentur, ſcalarum gradibus in præceps delati extinguebantur: cumque alios aliud lethi genus exciperet, ac multiplex mortis occurſus, validos deterreret, Aloyſij animum Cæleſtis Patriæ deſiderio flagrantem erigebat. Inde nullo diſcrimine ægros omnes complecti, recentibus lectum ſternere, veſtimenta detrahere, pedes abluere, oſculari, ad humillima quæque demitti. Idem eius exemplo tacti impigrè præſtabant ſociorũ reliqui, ſeſe per ſummam ſui negligentiam iactantes quòcunque deſideraret ægrotantium ſalus: verùm obſeruatum eſt, Aloyſium ægrorũ ſemper fœtidiſſimos, maximèque ulceroſos ſolitum ſibi deligere; iiſque, hærere, blandiri, miniſtrare, cibum atque item potum, ſi faſtidirent, commendare, ſi ſumere per ſe non valerent, in os indere, curatiſque corporibus, mentem cæleſti doctrinâ imbuere. Simul illud admiratione non vacat, quòd quibus ceteri laboribus frangerentur, ipſe conſtantiam aleret, augeretque: quam tamen ſolito firmiorem, coniunctamque cum incredibili laborandi cupiditate ipſemet demiratus, Roberto Bellar-

Pia eius ad uerſus ægros maximè ulceroſos officia.

mino indicavit, eamque ſibi argumento eſſe ſuggeſſit, haud procul ſuum ex hâc vitâ exitum fore; finem quodammodo ex velociſſimo ad ſedes Supernas motu ſuſpicatus: tametſi clarior eius rei notitia aliundè oborta minimè illi hâc de re dubitare permiſerit, uti alibi memoravimus.

Tiberio Bondio, cuius antea meminimus, vitâ functo, alijſque ſocijs compluribus morbi contagione, vel extinctis, vel in extremum diſcrimen adductis, Collegij Rectori in mentem venit, ceteris, quorum minus firma valetudo, id periculi cavere: quare Aloyſio denuntiat, Noſocomio in poſterum abſtineat, ne ut paucis proſit in præſens, omnibus in poſterum ſit defuturus. Paruit is quidem; verùm haud multò poſt Divino inſtinctus afflatu, quo dudum ad Superos vocabatur, inſtare cœpit, ne beatâ ceterorum ſorte, atque opportunitate ſeſe Numini devovendi fraudaretur: quod cum iteratis precibus urgeret, id duntaxat indultum, ut aliud Valetudinarium ad Palatij radicem, cui a Conſolatione nomen, obiret: ubi nimirum excipi minimè conſueverant, quorum a contagione periculum immineret. Verùm quia peſtilentiâ ingruente facilè omnis in luem morbus corrumpitur; eodem valetudinis gene-

Noſocomio prohibitus ſæpe tēdi veniā precibus obtinet.

Inde graviter ægrotat,

re

re ipſe quoque tentari cæptus, graviter, ac periculosè paulò poſt iacere compulſus eſt. Simul, ac morbo ſeſe urgeri ſenſit, ſuſpicatus ſupremum illum adeſſe, quem divinitùs brevi affuturum Mediolani didicerat; incredibile dictu eſt, quàm ingenti gaudio efferri, ac nimiâ voluptate geſtire cæperit. Vbi tamen creſcere ſibi in dies, & paria cum periculo incrementa capere, moriendi cupiditatem ſenſit; veritus, ne modum non ſeruaret, Robertum Bellarminum, cuius nutu, arbitrioque ſua omnia componeret, conſultum voluit, nunquid ab ſe in tam vehementi mortis deſiderio offenderetur? eſſetque propterea in ordinem redigendū? reſponſum fuit, Deo offenſioni eſſe non poſſe, cum a nobis ſupra vitam, quâ nihil carius, iucundiuſque, diligi: nec viſendi, fruendique Numinis deſiderium modum egredi poſſe, cui modus eſſe, nequaquam debeat. Quo audito, tunc demum æternæ vitæ cupiditati frena laxavit, adeo ut nihil niſi beatarum Mentium in Cælo æuum mente, atque animo agitaret.

Quod nimio mortis deſiderio teneretur, religioni habet.

Sed a Bell: ea eximitur.

Eò brevi pernicialis morbus evaſit, ut ſeptimo die (qui de ſalute decernere vulgo creditur) ſuprema denunciaret. Quare ſacris Omologeſeos, atque Euchariſtiæ myſterijs ultrò accerſitis, ac ritè peractis, Divino Chriſmate a

Sacris myſterijs ad mortem munitur.

Bernardino Roſignolio,qui tunc Collegio præerat, delibutus, univerſis circum collacrymantibus mortem æquo, libentique animo opperiebatur. Interea quia crebrò ab amicis vitio ſibi datum ſuccurrerat, quòd plùs nimio ſeſe corporis afflictationibus diſcruciaſſet, prædictumquè futurum, ut in extremo ſpiritu maturatæ ſibi mortis ſcrupulo angeretur; ne metum hunc pietati exitialem ſuâ morte obfirmaret, Rectorem rogavit, ut palàm omnibus ediceret, nullâ ſe huiuſmodi tunc anxietate premi, propterea quòd nihil, niſi eorum, qui præeſſent, vel authoritate, vel permiſſu unquam egiſſet: quin dolere magis, ac nonnihil ſibi religionis eſſe, quod plura neglexiſſet, quorum fortaſſe copia, ſi poſceretur, facta eſſet. Ad hæc ſi quid unquam præter morem, atque inſtitutum ab ſe factum animaduertiſſent, ne inde offenſionem, aut violandæ diſciplinæ documentum caperent: certum enim ſibi eſſe, nullâ neglectæ legis, aut domeſticæ conſuetudinis conſciētiâ teneri: ſed ſi quando a communi viâ aberrare viſus eſſet, id eius iuſſu, qui domui erat Præpoſitus, effeciſſe, legemque in tabulis mortuam prætergreſſum,ut vivam ſequeretur. Quo audito, Patres univerſi, ceteraque iuvenum turba, quæ conclave oppleverat, obortis lacrymis

Declarat, ſe nullo ſcrupulo ob auſteritatē adhibitā teneri

Itē quod regulā nullam violaverit.

erymis præclariſſimi exempli iacturam mox, uti rebantur, faciendam lamentabili comploratione proſequebantur.

Sub hæc ingreditur ad Aloyſium Io: Baptiſta cognomento Carminata, univerſæ Provinciæ Præfectus; quem intuitus Adoleſcens, ſeriò rogare cæpit, poteſtatem ſibi permitti, pro eo, ac meritus in omni vitâ ſuperiori eſſet, flagello in ſeſe animaduertendi: ſubridenti verò, abnuentique Præfecto, eò quod tractando flagro adeo viribus defectus minimè par eſſet. Illud, inquit, ſaltem liceat, ut alius quilibet me a vertice ad talos pro merito probè contundat: cui ille, ſi infligendis, inquit, verberibus ſat virium non eſt, quonam pacto perferendis erit? Deinde qualis iſthæc pietas, alios ad tantum impietatis aduocare, atque in id diſcriminis adducere, ut animam agenti fatum properantes, ſeſe ad ſacros Ordines, & miniſteria ineptos reddant? His dictis, pro ſuâ Aloyſius ad omne imperium facilitate, acquievit. Mox, id unum, inquit, Pater haud abnuas peruelim, ut nudâ humo cubanti mortem opperiri liceat: quod, tametſi prudenter ab altero negatum, fructu ſuo minimè caruit: documento cunctis relicto, Chriſti Crucem tota vitâ ſublatam in morte non abijciendam, ſed ſubeundam.

Morti proximus facultatē petit, ut vapulet.

Deinde ut mortē humi iacens excipiat.

Ingens

Alijs metuentibus ille ſperat ſe moriturum.

Ingens erat omnibus metus, parque illi ſpes, eum diem ætati poſtremum fore: verùm aliter Superis viſum, placuitque ſtrenuo militi novas vires ſufficere, quò tam nobile cum morte certamen diutiùs traheret, pluraque virtutis documenta ſpectantibus daret.

CAPVT IV.

Morbo in hecticam febriculam diſcedente, unam atque alteram Epiſtolam Matri mittit.

Falſo ſpargitur eius mors.

DVm Romæ Aloyſius in extremis ageret, Fama, quæ rerũ amplificationibus plauſum captat, Caſtilionem uſque perluaſerat, Aloyſium diem ſuum obijſſe: fuitque rumori, quanquam ſine authore vaganti, fides non modica: iamque propterea Mater, ac Rodulphus germanus eius funeri pro ſuâ benevolentiâ, ac liberalitate iuſta perſolui curaverant: cùm ſubitò certiſſimis nuntijs affertur, adhuc ſuperſtitem eſſe, mortiſque periculo ſeu Medicorũ, ſeu Numinis ope ſubtractum lentâ febriculâ diſtineri.

Digitized by Google

ſtineri. Quâ ex re ita lætus fuit Rodulphus, ut non potuerit, quin ademptum ſibi aureum torquem, atque in partes diſtractum in aſtantes præ gaudio diſpertiret.

Rodul: cõperto Al: vivere tórquẽ aureũ diſpertit in aſtantes.

Vbi verò prima illa vis morbi, quæ Aloyſium in ultimum diſcrimen adduxerat, nonnihil remiſit, dataque ei laxior ad ſui funeris apparatum dies, unas atque alteras in ſuæ pietatis argumentum Matri litteras dedit: quarum prioribus eius vicem neſcio quid aduerſi patientis miſeratus, dolorem ſedare nititur, hortaturque, ut humana omnia æquè, ac ſuam ferat humanitatem: nec rebus aduerſis ab exilio pellentibus ſuccenſendum, ſed gratias habendas putet. Mox docet, ſe ante aliquot dies eò loci fuiſſe, ut iam iamque beneficium longè omnium maximum manu tenere ſibi videretur, mortem nimirum vitæ potioris miniſtram: Divinæ tamen clementiæ libitum, exitus diem proferre, quò cunctis rebus arduo, ac periculoſo itineri opportunis inſtructior diſcederet: lentam ſibi interim hæſiſſe febriculam, cuius cunctatio, ac difficultas Medicos expectatione, metuque ſuſpenſos detineret: ſe verò omni ſecuritate frui: eâque identidem ſpe oblectari, brevi futurum, ut beatiſſimum, ac ſempiternum cum Deo æuum degat, patriamque ſedẽ bono-

Matrẽ per litteras cõſolatur.

Securũ in morte, & futura ſpe lætum ſe profitetur.

Digitized by Google

bonorum omnium, quæ hic rara habemus, & peregrina vulgò dicimus, coram agnoſcat. Eandem ipſi ſpem ſolatio pro maternâ aduerſus ſe caritate futuram confidere. Quapropter rogare etiam atque etiam, obteſtarique, ut ſuis, aliorumque, quos Superis gratos noverit, precibus curet, ſe a Deo hinc criminum veniâ donatum, ijſque præſidijs munitum diſcedere, quibus aſpirare liceat, quò vota ſua univerſa iam pridem præmiſerat. Poſtremò omnem a Deo in extremâ paginâ Matri proſperitatem precatus, litteras claudit.

Alteram Epiſtolam morti proximus exaravit, quâ Parentem, ſimul, ac certum ſui obitus diem divinitùs accepit, valere iuſſit. Ea latinè reddita ſic habet.

Aloyſius Marthæ Parenti S.

Poſterior Epiſtola, ubi pariter mira elucet ſecuritas.

Deus O. M. ſuo tibi numine adſit, tuaque fortunet, optima Parens. Litteræ tuæ viventem adhuc in terrâ hâc mortuorum tumulo me repererunt, ſed iter iam ingredi paratum, fugamque in regionem illam viventium adornātem, ubi vita in tuto poſita æternis duntaxat Deo honoribus perſoluendis vacat. Dudum me hinc profecturum fuiſſe rebar: ſed nimirū, ut prioribus ad te litteris perſcripſi, febris in medio

medio æſtu deferueſcens, aſsidua me quidem illa, ſed levior multò ad diem uſque Chriſto in Cælum aſcendenti feſtum deduxit. Exinde ingens humorum e capite defluentium vis pectus aggreſſa febrim ita concitavit, ut pleno iam gradu ad optatiſsimos cæleſtis Patris āplexus, ubi ſempiterna me quies excipiet, ire pergam. Atque ita diverſi ſermones de meâ valetudine illuc diſsipati, quemadmodum, & ad Rodulphum pariter ſcripſi, facilè cohærent. Quòd ſi Chriſtianæ caritatis eſt, Paulo teſte, *Flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus*, grandi te gaudio cumulatam puto, quòd me eo divinitùs beneficio auctum cernas, ut ad illa properem gaudia, quorum magnitudinem per ſe ſummam in immenſum auget æternitas ſecuritate præſumpta. Equidem, narro tibi, vix ſum mentis compos, cum in Divinæ Benignitatis infinitum ſine fundo, & littore oceanum abripior, atque eâ præſertim cogitatione defigor, me haud unquam interiturâ quiete pro tam exiguo, brevique labore donatum iri: ſimul illud magnoperè detinet, quòd ad ſummũ bonorum omnium fontem iniuiter, is, qui eius inquirendi tantâ ſemper negligentiâ obtorpui; fructumque lacrymarum, quas tam parcè fudi, immortalem gloriam, ac voluptatem ſim accepturus.

Rom. 12. 15.

Matri interdicit, ne ſuum obitum lacrymis proſequatur.

pturus. Cave propterea, Mater, ſi me amas, infinitæ huic benignitati iniurioſa ſis: & certè fueris, ſi me veluti mortuum lamentis proſequare, quando beatam apud Superos vitam agam: ubi tuis commodis, atque utilitatibus plus longè ſeruire licebit, quam unquam hìc degenti licuerit. Non diu ferendum nobis hoc deſiderium: mutuum conſpectum ſupremus ille locus reſtituet, ubi unà cum noſtræ libertatis vindice Chriſto coniuncti liquidiſſimâ pariter, ac iucundiſſimâ voluptate ex dulci eius laudum concentu derivatâ perfruemur. Haud dubiè faciles Divinis monitis aures dabimus, Deoque ſua beneficia apud nos collocata, & gratias exigenti alacres referemus; ſi nulla nos ſāguinis, & propinquitatis ratio tranſuerſos egerit. Ita pariter omnia eius facta probantes non aliam ob cauſam id, quod antea largitus fuerat, ab eo revocari cenſebimus, niſi ut munitiſſimo in loco nullis periculis peruio reponatur: iiſque bonis affluat, ad quæ ſe maximè porrigere queat hominum nunquam hic expleta cupiditas. Hæc eò pertinent, uti apud te, ac reliquam familiam eo loco hæc mea diſceſſio ſit, quo acceptiſſimum quodque munus: utque fretum hoc perangustum tranſmiſſuro precibus maternæ ſollicitudini paribus adſis, donec litus illud de-

tur

tur contingere,ubi meas omnes rationes, ſpeſque locatas iandudum habeo. Quæ ſimul eâ de causâ ſcripſiſſe iuvat, quia nulla mihi potior via pietatem in te meam, natique officium oſtendendi offerebatur, quàm ſi in extremo ſpiritu reliqua omnia oblitus tui meminiſſem. Vale, & mihi fauſta precari nunquam omittas. Româ iv. Id. Iun. A. Dom. MDXCI. Eius in matrem pietas.

Vtramque Epiſtolam libuit hic exhibere, uti religioſis hominibus eſſet, unde documentum caperent, ſummæ aduerſus Deum caritatis cũ debitâ parentibus benevolentiâ conciliatæ. Hos enim, ſi Sancti huius Adoleſcentis exempla ſequuti, eo amore proſequamur, quo Primi rerum Parentis ſimulacra decet; certa ſpes eſt, noſtram in Deum caritatem auctum iri, non imminutum: quemadmodum adhibita ſacris iconibus reverentia auget erga Numen, quod referunt, non minuit obſeruantiam. Haud aliunde autem planum nobis erit, num amor, quo Parentes diligimus, hæreat in luteo illo ſimulacro, an porrò pergat in Deum; quàm coacti alterutrum deſerere, tam libentibus animis Deum parentibus præoptamus, quàm qui pro fictili Chriſti effigie ipſum exemplar cæleſti fulgore, atque elegantiâ præditum adipiſcitur. Eiuſmodi amore Aloyſium Deum, ac propinquos Dei, ac parentum caritas quo pacto ab eo conciliata.

pinquos proſequutum, liquidò ex utrâque Epiſtolâ diſcimus: cuius proinde qui veſtigijs inſiſtat, illi & parentes ſummo, quo naturâ debet, & Deum omni, quo divinitùs iubetur, amore complecti ſine ullâ utriuſque officij diminutione licebit.

CAPVT V.

Eius in inualetudine acta.

Eius animus corporis morbo minimè infectus.

ESſe & virtuti in lectulo locum præclarè oſtendit Aloyſius extremo hoc aduerſæ valetudinis tempore, ubi quidquid ab eo dictum, actumque indicio fuit, animi conſtantiam, nihil carnis contagione, facto olim cum eâ divortio, labefactatam: quemadmodum mortalium pleriſque uſuvenire cernimus, quibus mens omnis in carnem abdita, eius morbis infici conſuevit, virtutemque exhibere æquè atque corpus ægrotantem. Cum igitur febris illa ingens, quâ antea correptum memoravimus, protinus deferbuiſſet, tres ipſos menſes in hecticam tenuata Aloyſium exercuit, ſenſimque artus depaſta ita deiecit, fregitque, ut ad extremum confecerit,

rit. Hoc verò tempore quò magis corpus morbo detritum attenuaretur, eò magis ad animi conſtantiam, mentiſque venuſtatem prodendā perſpicuum fieri videbatur. Nonnulla ad exēplum præclara de tam multis, quæ toto valetudinis tempore geſſit, dixitque, hìc attexere libet, ut ex ijs cetera, quæ brevitati condonāda duximus, æſtimare liceat. Animi nitor corporis attenua tione pellucet.

Principio (omiſsis quæ in extremo tertio huius partis capite retulimus) ſimul, ac morbo ingraveſcente, lecto ſeſe, ac manibus Medicorum permiſit, ſtratum reperit, cui rude admodum ex craſſo velamine conopæum, ægri cuiuſdam ſenis ad uſum, erat circumdatum: ille religioſæ metuens paupertati, quam ſuperva canea operimenta non fovent, ſed obruunt; ſtatim a Rectore petijt, ut, conopæo ſublato, reliquorum in morem iacendi ſibi copia fieret. A quo cum reſponſum tuliſſet, ſui gratiâ id minimè poſitum: tam vile præterea, ac nullius ponderis eſſe, ut Paupertatem inſignire, non gravare poſſet; dicto audiens nihil contra eſt auſus. Eòdem pertinet, quod cum Ægrorum Miniſter ſuper menſam lecto adiacentem ſaccari fragmen poſuiſſet; itemque modicum expreſſi, concretique ex glycyrrhizâ liquoris, quæ vulgo balbutienti regolitia dicitur, ut utrū Conopeū e lecto iubmoveri rogat.

X mal-

Glycyrrhizã ſaccaro ob ſtudiũ paupertatis pręfert

mallet aſperatis rheumate faucibus remedium faceret : ille glycyrrhizam , ſaccaro omiſſo , uſurpavit : rogatus quid ita vulgare medicamẽtum nobiliori præferret ; Paupertatem obiecit, cuius eſſet exquiſita nimis, ac ſumptuoſa medicamenta , veluti parata ſibi venena , devitare.

Ingratam potionẽ lẽtè haurit, ut longiorẽ moleſtiã sẽtiat.

Sub idem valetudinis initium ipſi unà,atque alteri ſimiliter laboranti ſimilis potio ex Medicorum præſcripto ſumenda erat: cumque alter nauſeæ vitandæ , ut fit , cuncta ſibi præſidia quæreret , ac præſertim , hauſto perquàm celerrimè poculo , moleſtiam æquè , ac potandi tempus contrahere ſtuderet ; Aloyſius contrà præcipuam medicinæ ſalubritatem , ut quæ ad animum pertineret, in odoris , ſaporiſque gravitate ſtatuens,protrahere quàm diutiſſimè poſſet , ac veluti per otium , & voluptatem identidem potando ſubſiſtere, ne ulla moleſtiæ pars per inconſiderantiam inuoluta tranſmitteretur; nullo tamen interea offenſionis indicio aſtantibus dato .

Devovet ſe peſte correptus.

Cum famem in dies increbreſcentem peſtis eo anno ſequutura timeretur; a Claudio Aquavivâ ad ſe ſalutandum ingreſſo fieri ſibi poteſtatem popoſcit , uti voto ſeſe nuncupato obſtringeret, ſi a morbo conualeſceret, peſte correptus miniſtraturum : id autem votum antequã

conci-

conciperet, ſoluere aggreſſus, ubi nimirum Noſocomio iam peſtilentiâ fœto operam nauauit; mox Claudij permiſſu conceptum morte obitâ perſoluit. Conſtat enim Matij Vitelleſchij (is eſt, qui Claudio in Societatis Præfecturâ ſucceſſit) teſtimonio publicis tabulis conſignato, eum inde ægrotandi occaſionem ſumpſiſſe, quòd Ægrum, & una cum eo peſtilentē, quo tenebatur, morbum, ſolita benignitate fuerit complexus. Nec defuere qui Aloyſij exempla ſequuti pari ſui capitis devotione, vitâ pulcherrimo hoc mortis genere honeſtarint. Quin & recenti famâ accepimus, in proximâ peſtilentiâ, quæ hiſce temporibus Germaniam, ac Pannoniam funeſtavit, ſupra nonaginta e noſtris Patribus ſimili exitu Societatē illuſtraſſe: plures etiam, ferè ad biſcentum, affectis miniſtrare permiſſos, longè plures id miniſterij poſtulantes repulſos, uti Io: Paulus Oliva Societati univerſæ, cui præfuit, datis hâc de re litteris teſtatum reliquit. Hæc autem eò dixerim, ut rei ab exercitu tam benè geſtæ, ac victoriæ partæ, ſua laus Duci tribuatur, quem non æqualibus modò, verùm etiam poſteris præſtitit Aloyſius.

Votũ necdum conceptũ ſoluere aggreditur, conceptũ morte obita perſoluit

Supra 90 e Patrib: Soc: peſte correptis miniſtrantes obeũt, an. 1679 & 1680.

Haud raro duo Eccleſiæ Romanæ Purpurati Roboreus, & Scipio Gonzaga propinquitate

Duo Purpurati ſæpè ad eum veniūt ſalutaribus eius monitis illecti.

te cum eo coniuncti ad illum ægrotantem inuiſendum per hæc tempora acceſſere: quos ille ſalutaribus de futurâ, ac beatâ vitâ ſermonibus detinere ſolitus erat: & quidem tantâ illorum iucunditate, ut indicanti Rectori, non eſſe cur ipſi tam frequenter accederent, tantumque incommodi ſubirent, quos ſe de Aloyſij valetudine, prout res moneret, edocturum polliceretur; negarint ſibi licere tam ſanctæ conſuetudinis fructum negligere. Atque hoc maximè nomine in Aloyſium affectus erat, omnique illum ſtudio complectebatur Scipio Gonzaga, qui cum podagræ doloribus ad eum, quò minùs venire poſſet, prohiberetur, ſeruorum manibus ad eius lectum deferri curabat: ac tandiu cum eo de divinis rebus, tamque iucundè colloquebatur, ut inde divelli vix poſſe crederes. Huic aliquando Principi ab eius propè ore pendenti, ac dictis intento, cum de inſtante ſibi morte ſermonem inſtituiſſet, præclarè ſecum agi ſignificavit, quòd cum id eſſet ætatis, ex infinitis huius vitæ periculis, ærumniſque eriperetur, ac penè ante pugnam evocaretur ad coronam: hanc verò ipſi potiſſimùm, ſecundùm Deum ſe acceptam referre, ut cuius ope arctis, quibus domi tanquam in cuſtodiâ habebatur, vinculis exutus, ad eam ſibi comparādam

Sc: Gonz: podagrcius deferri ſe ad eū iubet ſeruorum mani bus.

dam evolare potuiſſet. His commotus Princeps, obortis lacrymis, ſe potiùs eius ſtudijs, officijſque in perpetuum obſtrictum fatebatur, ut quem licèt natu minorem potioris vitæ Parentem, morumque Magiſtrum agnoſceret. Mox ſubijciens quanto ſibi eius dicta, factaque ſemper emolumento fuerint,palàm teſtatus eſt, nunquàm ſe in eius congreſſum,colloquiumque veniſſe, quin inſuetâ quâdam animi tranquillitate compoſitus diſceſſerit: proindè ægerrimè eius iacturam, ſi quando futura eſſet, laturum. Poſtremò illud in digreſſu ſat graviter adiecit, certum ſibi eſſe, in universâ familiâ Gonzagâ a primâ eius origine, æquali præditum felicitate extitiſſe neminem: ſcilicet iure, ac meritò quemadmodum in futurâ vitâ, ita etiam in præſenti parem Sanctitatis, ac felicitatis modũ decernens: cum enim utrobique Deus mentes, quas inſidet, & ſanctas, & felices per ſe ipſe præſtet; tam nequit beata vita ſanctæ impar eſſe, quàm Deus sibi impar eſſe non poteſt.

Idẽ Scipio obortis lacrymis cũ vitæ potioris parentẽ vocat.

Idẽ pariter Al: omniũ e gente Gõzaga feliciſſimũ putat.

Ægrotabat per hæc eadem tempora Ludovicus Corbinellus de Collegio Romano, quod opulentiſſimo auxerat patrimonio, optimè meritus, vir ætate iuxtà, ac pietate gravis, cui ergà Aloyſium magna erat animi propenſio, & par huic, ac mutua erga illum voluntas:

Ludovicus Corbinellus Al:amiciſſimus.

proinde utrique hoc tempore mos erat, qui ſalutem ſuis verbis nunciarēt, habitumque requirerent, ſingulis ferè diebus ad alterum allegare. Igitur Ludovicus cum morbo in dies ingraveſcente urgeri ſe ad exitum intelligeret, octavo ante obitum die ægrorum Miniſtrum obteſtatur, uti Aloyſium iam virium defectione ingredi inualidum ad ſe geſtare velit: eam ſiquidem opinionem apud ſe Aloyſij integritatem obtinere, ut in eius præſentiâ non modicum vel morbo levamen, vel morti ſolatium fore ſtatueret. Morem geſsit Miniſter, ac minimè repugnantem Adoleſcentem veſtibus indutum ad Senis conſpectum ſuis ipſe manibus geſtavit. Incredibile dictu eſt, quantam homini voluptatem hic aſpectus attulerit, quantâque mentis veneratione, ac vultus hilaritate illum exceperit. Poſtquàm verò diu colloquuti mutuâ ſeſe adhortatione ad fortiter aduerſa ferenda, Divinæque voluntati obſequendum incitarunt; Agè, inquit Senex, mi cariſsime Frater, iam cernis, me haud longè ab interitu abeſſe, eòque abs te ita brevi ſeiunctum iri, ut ſpes nulla te in vitâ reviſendi reliqua ſit. In hoc igitur vitæ exitu, unum te a me exorari maximè velim; uti ſcilicet, antequam hinc abeas, ſalutiferæ Crucis ſigno me communitum relinquas. Hoc audito

Rogat ut ad ſe egrotantē Al: deferatur.

Eius preſētia Senex mirificè lętatur.

Signo crucis ſe communiri poſtulat.

dito erubuit Aloyſius, idque minimè decere affirmans omninò recuſavit, eò quod id muneris ad Chriſti miniſtros Sacerdotio initiatos, quibus ipſe ſuæ Crucis theſauros erogandos cōmiſerit, pertineret. At vir prudens, qui probè noſſet, cæleſtis ærarij claves non tam libēter miniſtris, quàm amicis credi, orare inſtitit, ne ſibi ultima iam iam paſsuro id ſolatij abnueret: ſimulque Valetudinarij Curatorem monet, ne inde illum revocet, quandiu precibus repugnantem videat. Audit Curator, atque Aloyſio, ut Seni morem gerat, pro poteſtate imperat: iſque repugnare non auſus, rationem inijt, quâ & alteri poſtulata concederet, & ſibi nihil inde arrogaret. Dexterâ igitur ſe ipſe in Crucis modum deſignans, ſublatâ voce, Deus, inquit, O. M. utrique noſtrum propitius adſit: inde Senem aquâ luſtrali perfundens; Benè ſit tibi, inquit, Pater mi amantiſſime, atque ita Deus immortalis faxit, ut gratiâ apud eum plurimum valeas, animumque tuum cæleſtibus ijs donis exaggeret, quæ tuis, meiſque votis reſpondeant. Tu quoque Superos, ut mihi faciles habere liceat precibus viciſſim enitere. Quæ cum dixiſſet, factâ a Sene iam voti compote abeundi poteſtate, in ſuum Conclave a gerulo Fratre reſtitutus eſt.

Cuſtodis iuſſu Crucem ſenem obſignat.

Idem unà cũ Al: tumulari cupit.

Illud etiam ſummæ erga Aloyſium venerationis documentum idem Corbinellus dedit, quòd cum Patres omnes Sacerdotio præditos alio, ac reliquos, loco humari noſtræ conſuetudinis ſit; ille uno cum Aloyſio ſepulcro, eius horrorem ſacri corporis contubernio depulſurus, tegi voluit: itaque Rectoris permiſſu factũ eſt, illato eius poſt mortem corpore, quem in tumulum poſtea erat Aloyſius inferendus. Exceſsit Corbinellus aliquot ante illum diebus: idque S. Adoleſcentem divinitùs vaticinatum certi ferunt authores: quin etiam eâdem nocte, quâ Senex e vitâ migravit, Aloyſium longè ab eius cubiculo poſitum Dei admonitu didiciſſe, perſpicuum eſt: cum enim Pater in extremo vitæ diſcrimine ſummis doloribus conflictaretur, ſemel, atque iterum in eius conſpectu per viſum ſtetit, illumque, uti ſibi in mortis anguſtias adducto Numen precibus flecteret, ab eoque vires tantis laboribus pares impetraret, etiam atque etiam rogavit. Quod cum Aloyſius ægri inſomnia deputaſſet, & quietis ſtudio diſcutere conaretur; ecce iterum conſopito eadem Senis vehementer anxij, opemque implorantis ſpecies obijcitur. Tunc enimverò tantus ei pavor incuſſus, ut quietem omnem depulerit, menſquè toto noctis reſiduo

Dei admonitu Senis exceſſum cognoſcit.

aliud

aliud nihil niſi viſa reputare, potuerit. Quæ cum ægrorum Cuſtodi illum diluculo inuiſenti indicaſſet, veritus Cuſtos, ne morbus turbatione aliquâ ingraveſceret, diſsimulatâ Senis morte eum optimè habere dixit, monitumque nullam eſſe debere nocturnis ludibrijs fidem, fatigatum caput quieti reddere iubet. Ille tunc nihil ad hæc: ſed oblatâ deinde occaſione haud obſcurè declaravit, non mortem ſibi ſolùm compertam, verùm & quæ illam ſubſequuta eſſent, probè intellexiſſe. Nam Roberto Bellarmino ſciſcitanti, ecquid de optimi Viri in alterâ vitâ ſorte ſentiret, ac præſertim num luſtrali apud inferos igne expurgari crederet; eveſtigiò reſpondit, curſim duntaxat per ea ſupplicia ad Cælum traductum. Quod reſponſum uſque adeo certum, ac ſubitum argumento fuit, id illi divinitus patefactum: nam præterquamquod mendacium ad ſui ſtructuram aliquod temporis ſpatium deſiderat: is qui erat in pronunciando de rebus apertiſſimis ſupramodum circumſpectus, rem tam abditam, niſi ſuperno lumine colluſtratam, tam ſubitò firmiter aſſeverare nequaquam potuiſſet.

Cognoſcit prętereaſe nem curſim per ignē ad Cælum traductum.

Hoc tempore monentibus cunctis, uti ſibi productiorem vitam precibus impetraret, unū reſponſum dabat, geminabatque: *Melius eſt*

diſ-

diſſolui, melius eſt diſſolui : idque tantâ animi lætitiâ, oriſque hilaritate ſignificabat, quantâ qui vitam tunc primùm ingredi, non egredi meditaretur.

CAPVT VI.

Comparat ſe ad mortem, quam certo die futuram divinitus intelligit.

TAmetſi artē benè, ac piè mortem obeundi accuratè admodùm ab alijs traditam, alij nequaquam probant, ut quam a rectâ vivendi normâ minimè diſcrepare velint : idque demum putent ſanctè obijſse, quod ſanctè vixiſse; improbare tamen ipſe non auſim, ut qui putē, quemadmodum ceterarum rerum faſtigia, ita & vitæ plura quædam, ac præcipua ornamenta decere : eòque non alienum, de vitæ faſtigio, aut coronide fabricandâ pecularia præcepta ſancire. Ea hic nobis erunt Aloyſij exēpla, qui vitam ſanctiſsimè actam præclariſsimis quibuſdam eius claudendæ documentis inſignivit. Nec ab re eſse cenſeo, loco præceptorum exem-

Vitæ, ut ceterarū rerū, faſtigiū ſua ornamenta decent.

exempla dare, quæ & eorum vim oculis exhibeant, &, quod præcepta nequeunt, facto ipſo facilitatem oſtendant.

Dum igitur gravibus ijs incommodis, ac difficultatibus Aloyſius premeretur, quas diuturna mala importare, ut diligentiſſimè a Cuſtodibus caveantur, ſolent; nullum unquam perturbati animi motum, aut fracti, deiectique ſignum edidit. Nihil rerum omnium, quę ad cibum, aut quæ ad medicamenta pertinerent, faſtidio erat: ſed quouſque eo morbo flagravit, quidquid aduerſi occurreret, læto animo tanquam felicem æternæ gloriæ ſegetem, ac materiam perpetuò ſuſcepit. Quin nec aduerſum aliquid putavit, quod initum ad beatam vitam curſum ſecundaret, impelleretque. Quamobrem id unum in cibis, ac medicamentis faſtidire nonnunquam viſus eſt, quod mortiferam hanc Vitam producerent: quemadmodum vir e noſtrâ Societate graviſſimus Decius cognomento Striverius teſtatum reliquit. Cupiditates, quæ nobis ægris laxari ſolent, atque inſolenter efferri, ut quibus cohibendis vires, curaque deficiant; levi ipſe brachio, ac diligentiâ continuit, utpote longâ iam pridem inediâ enectas, ac debilitatas: quare nunquam earum aliquâ ſollicitante a

Nihil illi in cibis, & medicamẽtis faſtidio erat.

Præterhoc quod Vitã producerẽt

Me-

Nnnquã a Medicorũ imperio cu piditatis ĩpetu diſceſſit.

Medicorum imperio diſceſſit, licèt eos, ademptâ poſt mortis præſagium omni curandi ſpe, meros tortores haberet: quo perdifficili obedientiæ genere normam ægrotis præbuit, ad quam ſeſe per id tempus queant exigere. Nullis iam inde a morbi initio ad finem uſque; niſi rerum ſalutarium colloquijs aures adhibuit: atque eâ re quicumque ſalutatum illum adirent, ceteris officijs ablegatis, ſtatim pios aliquos ſermones, ut eius deſiderio occurrerent, primi aggrediebantur. Quòd ſi quis per imprudentiam aliò delaberetur, ille facto ſilentio tandiu alia omnia agitare animo videbatur, dum ſe ad pietatem, & quodammodo ad frugem bonam ſermo reciperet: tum enim fronte ad hilaritatem explicatâ collocutioni, ac cœtui ſeſe reddebat. Cuius inſtituti eam rogantibus cauſam dabat; quòd licèt ſermones quidam inter bonos, pravoſque medij, ſi uſurpentur in loco, probabiles ſint, ac Deo minimè ingrati, ut qui ea verſent, quæ Deus ipſe noſtræ diſputationi verſanda tradidit: tamen cum ad Mundi huius extremas veluti oras deventum, unde proximus ad Superos tranſitus inſtet, humana omnia oblivisci deceat: eaque adhuc libenter tractare, hærentis animi eſſe, ac migrare recuſantis. Videri præterea, cui

Nullis toto morbi tẽpore niſi rerum ſalutariũ Sermonibus aures adhibuit.

Silet, dum aliena miſcentur.

cui pauca momenta ſuperent, ita parcendum, ut ex ijs nullum niſi rebus pretioſiſſimis, cuiuſmodi ſunt bona æterna, comparandis inſumatur.

Veſtimenta ſibi interdum afferri curabat, quibus indutus lecto ſeſe demittens, atque ob uio cuique fulcimento, magiſque animo ſuo incumbens, pedetentim ad Chriſti ſimulacrum menſæ ſuperpoſitum, gradiebatur; idque manibus complexus, ſinu fovere, ac peramanter deoſculari minimè ceſſabat. Quod pietatis officium Divæ quoque Catharinæ Senenſi, alijsque Sanctis Viris, quorum icones circum habebat penſiles, præſtabat. Dicenti verò cuidam ex miniſtris, non eſſe cur ſtratum tanto incommodo, ac periculo desereret; ſibi cordi fore, quas vellet icones, ad eum deferre: atqui, inquit, non aliter Templa ſalutatum ire licet: imagines iſtæ mihi templa referunt, earumque veneratio Chriſtianæ militiæ ſtationes reddit. Quare dum ponere veſtigia, tametſi parum certa, valuit, nunquam ſe ab eiuſmodi inſtituto abduci paſſus eſt. Quin etiam cum interdiu foribus clauſis liber in conclavi ab arbitris eſſet, clam ſeſe lecto ſubducens, humi ſtratum inter & parietem ad orandum procumbebat; ibi tandiu moratus, dum ab

Pia eius in Chriſti sãctorũque icones officia.

Clam inter lectũ & parietẽ ad orandũ procũbit.

ab externo aliquo aduentante crepuiſſent fores, quolibet circa eas ſtrepitu audito, lectulum ſollicitus repetebat. Id ubi ſæpiùs animaduertit Valetudinarij Curator ſuſpicatus, haud aliam, quàm pietatis cauſam tam crebrò ad ſurgendum impellere, occupare ſtatuit incautum, quò eius diſſimulationem, fugamque præverteret: ſucceſſitque ex ſententiâ; nam tacitus aliquando, ac ſuſpenſo veſtigio ad fores accedens, ijs ex improviſo recluſis, genibus nixum, atque orantem deprehendit, increpitumque pro culpæ modo, ne quid tale ultra tentaret, prohibuit. Ille, ut ſe manifeſtum haberi ſenſit, rubore ſuffuſus, huiuſmodi auſis in futurum deſtitit.

Deprehenſus, increpituſq; abſtinet.

Piaculares apud iſ feros ignes nonnihil timet.

Cum vehementi per hos maximè dies Cæleſtis Patriæ caritate, & cupiditate teneretur; morſus quidam ſubijt, ac dubitatio, nùnquid fortè vitæ ſuperioris ſibi apud inferos purgandum ſupereſſet, antequam Cælum aſcenderet: quanquam nihil adeo illis detineri ignibus, quam ipſum detineri formidabat, ratus ſe a carcere, quàm ab igne acriùs urendum. Hæc reputanti interuenit Bellarminus, Vir cum in ceterâ eruditione, tum in rebus Theologicis, ut qui maximè, perfectus: eumque intuitus Aloyſius percontari occupat; anne ali-

aliquos crederet rectà ad Cælum peruenire; quos purgantibus flammis minimè expiari, aliiſue pænis defungi oporteret? Ego verò non paucos, inquit Bellarminus, teque unum ex illis futurum auguror. Cum enim diuina Clementia tam multa apud te beneficia collocaverit; hoc tibi etiam benignè facturam puto, ut ad Superos migrantem nulla vis recto itinere prohibeat, aut cunctationem injiciat. Hoc accepto reſponſo tam ingenti gaudio cumulatus eſt, ut paulò poſt, digreſſo Bellarmino, menti a ſenſibus avocatæ Cæleſtis Patriæ ſpecies unà cum immenſâ Beatorum Civium gloriâ, ac felicitate oblata divinitùs fuerit: eaque cogitatio totam ferè noctem ita animum eius defixit, ut nunquam ad ſenſuum officia redire permiſerit. Quantæ verò ad eum inde deliciæ, ac voluptates affluxerint, nemo verbis conſequi valeat: cum nec ipſe Aloyſius expertus explicare ſecus valuerit, quàm dicendo; Integram eam noctem ſibi in momentum coaluiſſe viſam. Tunc autem creditum, proditumque, diem ſuo funeri deſtinatum, Deo monſtrante, liquidò dicidiſſe: tam ſcilicet opportune, ut mors exhibitæ felicitatis ſpe condita ſummis eius noctis delicijs cumulus acceſſerit. Exinde verò palàm compluribus ape-

Bellar: interrogat, An quis recta Cælum ſubeat, auditq: ſe unũ futurum.

A ſẽſibus alienatus totâ noctẽ cæleſtis patriæ cõſpectu fruitur

Diem ſuæ morti deſtinatũ certo diſcit.

ruit,

ruit, ſe octavo die ab eo qui Chriſti Corpori ſacer eſſet, ab hac vitâ ad æternam migraturum: licèt quâ id ratione innotuiſſet, tacitè haberet. Verùm cum Vincentius Brunus Valetudinario Præfectus, qui & Medicinæ artem callebat, tentatâ venâ pronunciaſſet, haud multò poſt e vitâ abiturum; ille hâc denunciatione tanquam publicâ notitiâ uſus, cuidam ex amicis ad ſe ingreſſo; Num quid novi, inquit, maximèque iucundi ad aures meas acciderit, nôſti? intra octavum diem vitæ mihi exceſsus indictus: quare de tam ſingulari beneficio gratias, quæſo te, benigniſsimo Numini recitato hymno, *Te Deum*, unà paritèr referamus. Quo ritè, ſummâque pietate alternis cantato, alius quidam eius condiſcipulus ad eum inuiſendum ſubindè acceſsit: cui mirè hilaris, Pater mi amantiſsime, inquit, lætantes imus, lætantes imus: idque ore tam ſereno, tantâque animi geſtientis ſignificatione expreſsit, ut aſtantes ad ſuſpiria lacrymaſque compulerit.

Ad mortis denunciationē cum amico hymnum Te Deum canit.

Quã lætus eadem denunciatione.

Sub hæc diverſis amicis, inter quos Io: Baptiſta Piſcator Vir integerrimus, cuius alias meminimus, litteras alienâ manu conſcriptas dedit. Eos relinquendæ mox vitæ certus amãtiſſimis verbis valere iubet, oratque, ut ſe brevi

ad

ad Superos profecturum fuſis precibus comitentur. Litteris ſuum nomen inſcribere haud valens, Crucem, quam ſemper tulerat, tanquam ſui characterem, trepidâ, atque alterius ope ſuffultâ manus inſcripſit.

Poſtremis hiſce octo vitæ diebus eò toto pectore incubuit, ut, præcipuis quibuſdam Diuini cultus officijs dignus, quem rerum Dominus ad cæleſtis Regni conſortium eveheret, inueniretur. Ac primò quidem cum Sacerdoti intimo ſuo familiari certum ſui obitus diem ſignificaſſet; ab eo enixè rogavit, ut ſingulis diebus tertiâ ante ſolem occiduum horâ ſeptem pſalmos Davidicos unà ſecum recitaturus accederet. Quo tempore occluſis foribus Chriſti e Cruce pendentis imagine ſupra lectum ſtatutâ, Socius iuxtà procumbens ſacros hymnos lentè, atque interuallis diſtinctos ipſius rogatu pronunciabat: eoque interim ſpatio Aloyſius oculis in Chriſti imagine defixis, ac mente ad exemplar porrectâ, quæcunque alter voce proferret, ipſe intentiſſimo animo proſequebatur: ubi autem præclarus aliquis ad pietatem locus occurreret, hærebat nonnihil Pater, ut Aloyſij voluntati, ſtudioque gratificaretur. Eius verò pectus, ac vultus ita ſupernæ caritatis flammâ ſuccendebatur, ut inſpectantem alterum

Septē pſalmos de pœnitētia quotidie ſibi recitari curat.

Pectore, ac vultu inter orandū flagrat.

terum ad uberrimas lacrymas cogeret, quæ etiam (parciùs tamen, ac placidiore lapſu, uti ſolet liquida ſtillare mentis voluptas) ex eius oculis defluebāt. Reliquis horis diurnis aliquid ex Bloſij Pſychagogiâ, aut ex D. Auguſtini ſoliloquijs, ut vocant, ſive etiam ex Bernardi ſuper Cantica commentationibus recitanti operam dabat. Crebrò etiam ſuaviſſimum illud eiuſdem Bernardi Canticum, cuius initium; *Ad perennis vitæ fontem &c.* pſalmoſque nōnullos ſupernæ Patriæ deſideria ſuggerentes, uti ſunt: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus:* atque id generis alios lectitari ſibi depoſcebat.

Alia ad pietatē incitantia ſibi recitari depoſcit.

Pſal: 121.

Pſal: 41.

Simul autem ab eo dictum increbuit, ſe diei octavo ſuperſtitem non futurum; quiſque certatim tempus aucupari, quo ſine arbitris alloqui, eiquè liberè aperire poſſet, quidquid Superis commendatum vellet. Is verò omnium negotia cum Deo, ac Cælitibus tranſigenda ſuſcipere, ſuamque apud Superos operam eâ cunctis alacritate polliceri, ut eò ſe brevi affuturum minimè dubius videretur. Denique tantâ de ſuâ morte tranquillitate, ac ſecuritate loquebatur, ut ſi de Tuſculano, aliove ſibi noto,

Omnium negotia cū Superis trāſigenda ſecurus ſuſcipit.

to,

to, tritoque itinere verba faceret. Mortem ſiquidem ita aſſiduæ meditationis uſu, ac fami liaritate mitigaverat; ut bellvæ cicuris inſtar non horrori, ſed virili cuidam, ac generosæ voluptati eſſet. Gaudebant per hoc idem tempus, certabantque graviſſimi Patres illi, ubicunque res poſceret, miniſtrare: quos ille omnes tam blande affari, tam ſecure, ſuaviterque de rebus cæleſtibus alloqui, ut Hieronymus Platus, qui crebriùs ad eum ventitabat, præclarus ille quidem omnis integritatis ita æſtimator uti Doctor, ab eo aliquando admirationis plenus egreſſus, disertè pronunciaverit, eâ ſibi Aloyſium ſanctimoniâ præditum videri, ut dignum cenſeret, cui adhuc viventi Chriſtiana Apotheoſis decerneretur. Tertio ante obitum die æneum Chriſti Cruci ſuffixi ſignum ex Eccleſiæ theſauris Pōtificiâ Indulgentiâ pleniſſimè locupletatum ſinu, complexuque perpetuò fovit: ac per eoſdem dies nunquam non ſuperna, ac Divina ſecum animo volutabat, quorum memoriâ, ſi quando vi morbi langueſceret, brevioribus precibus per interualla prolatis revocare ſtudebat. Sæpiùs ex Ritualium librorum formulâ Chriſtianam Religionem profitebatur: ſæpiùs illud Apoſtoli uſurpabat: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*: quibus verbis,

Vnde in morte ſecuritas?

Dignus cēſetur cui viventi Apoth: decernatur.

Sæpè illud uſurpat, Cupio diſſolui,

bis, votiſque, veluti impetu cum procurſu capto, arduum ad Superos iter aggrediebatur.

Alijs atq; alijs affirmat ſe ea nocte moriturum.

Vbi dies a Chriſti Corporis feſto octavus illuxit, ægrorum cuſtodis adiutor benè manè ad Aloyſium properavit, cui nihilo deteriùs, quin & exploratis omnibus, meliuſculè factum comperto; en, inquit, Aloyſi adhuc nobiſcum agis, neque uti mente augurabas, vitâ exceſſiſti: eo verò aſſeverante, illum ſibi diem fore ſupremũ, egreſſus cuſtodi ſignificat, Aloyſium in ſententiâ perſtare, ſe hodie certò deceſſurum, tametſi aliquanto meliùs illi eſſe argumenta non levia demonſtrent. Inde Sacerdoti ad eum ingreſſo, idemque iteranti, diem ſuæ morti ab ſe dictũ adeſſe, nec eam vel eminùs oſtendi; nondum, inquit, dies hodiernus effluxit. Planiùs id etiã alteri cuidam explicuit, qui cum eum offendiſſet ex dextero femore macie, ac diuturnâ in id latus accubatione ulcerato vehementer laborantem, eiuſque vice commotus dixiſſet, gravem ſibi quidem eius interitum fore, verùm quando diutiùs vivere aliud nihil eſset, quàm diutiùs mori; longè præſtare, ut tantis aliquando incommodis, ac doloribus eximeretur: ille ſeriò, atque explicatè dixit; hâc nocte moriar. Altero occurrente minimè videri eò redactum, ut tam propè mors inſtet; iterũ, ac ter-

tiò

tiò eàdem verba protulit : hâc nocte moriar, hâc nocte moriar.

CAPVT VII.

Aloyſij Obitus.

CVm tempus omne eius diei antemeridianum alijs, atque alijs pietatis officijs exegiſſet; cumq: iterum, ac ſæpius ſacro Euchariſtici Panis Viatico a primá luce inſtrui poſtulaſſet; meridie appetente idem cupidiùs flagitare, magniſque precibus vrgere cœpit, minimè tamen Medicis, ac miniſtris audientibus: res enim, cum nulla apparerent propinquæ mortis indicia, cunctationem recipere videbatur. Interea Gregorius XIV Pont. Max. de gravi Aloyſij valetudine, extremoque diſcrimine fortè e doctus, ut ſuam erga eum voluntatem probaret, impertitâ illi Chriſti nomine omnium criminum impunitate, ultrò miſit, qui eum hâc de re faceret certiorem. Quod cum ei a Collegij Miniſtro eſſet renunciatum, æquè voluptati fuit, tam ſingulari beneficio cumulari, ac pudori Pontificis Maximi recordationem, vulgari-

Pont: Mi mittit, qui ſuam erga eum indulgentiã renunciet.

Pudet, Pōtificē ſui recordatū. tibus, atque humilibus inacceſſam, ſubijſſe: manibus tamen, ne tam decorum humanæ gloriæ pudorem, ac verecundiam oſtentaret, vultum comprimere feſtinavit.

Seſquihorâ ferè ante ſolis occaſum, cum ex Ædibus D. Andreæ Quirinalibus Io: Baptiſta Lambertinus eius olim in tyrocinio ſocius adeſſet, rogatus ab Aloyſio eſt, ut pro ſuâ prudentiâ, atque authoritate conuentum Collegij Rectorem ad id flectere niteretur, ut ſibi Sacrum Viaticum properari mandaret; ne ſummo præſidio in ſummo diſcrimine fraudaretur. Quod cum ille peregiſſet, ad Aloyſium reverſus, eius rogatu obſecrationem, quam Litaniã Chriſti Corporis dicunt, præivit, ipſo Aloyſio quantâ poterat contentione, ac pietatis ſenſu ſubſequente. Eâ abſolutâ Adoleſcens ore ad hilaritatem, blandumquè riſum compoſito, grates illi perſoluit. Inde Collegij Rector magnâ, uti aſſolet, Patrum, ac Miniſtrorum ſtipatus cateruâ Euchariſticum Panem in eius cōclave detulit. Ad cuius conſpectum tanto exarſit amore, eaque dedit geſtientis animi ſigna, ut non velatum Numen adorare, verùm ſuâ luce conſpicuum, ac diſcuſsâ omnis myſterij nube retectum contueri diceres. Quod cum Aſtantes haud falleret, mirè commoti ijs verbis

Sacro Viatico reficitur.

Aſtātes ōnes collacrymātur.

biſ a Rectore auditis : *Accipe Frater Viaticum*, omnes vim lacrymarum profudere .

Sumpto ſummâ cum pietate, ac veneratione Pane Euchariſtico , libuit , quotquot aderant , univerſos veteri noſtrorum more peregrè proficiſcentium , amplexari : quo in officio cum ultimùm valere ſingulos peramanter iuſſiſſet , iterum dare lacrymas coegit . Plerique eum diutiùs complexu retinebant, magnoque ſtudio, obteſtabantur , uti ſua omnia , quæ ad animi ſalutem pertinerent , Deo ſeduló commendaret . Familiari cuidam , reliquis diligentiùs eius apud Superos officia requirenti , pollicitus eſt , ſimul eò perueniſſet , omni curâ , atque animi ſollicitudine ſe illum Deo commendaturum , tantoque ſibi cariorem fore , quanto ſupernæ caritatis ignis purior ſupra terrenum, & flagrantior eſſet . Quæ omnia cum mirâ alacritate , & conſtantiâ egiſſet , locutuſue eſſet , haud parum prænuntiatæ mortis authoritati , ac fidei detraxit : nemine ſibi facilè perſuadente , linguam , mentemque uſque adeo mortem e proximo ſpectanti conſtare poſſe .

Omnibus, ut peregrè profecturus, ſolito in amplexu valedicit.

Sua in agēdo conſtātia mortis preſagio fidē minuit

Eâ horâ Romanæ Provinciæ Præpoſitus cubiculum ingreſſus , ut valeret , quidue rerum ageret , Aloyſium interrogat : cui ille ; ire pergimus Pater : quonam ? inquit Præſes : in Cæ-

Mira hìc quoque ſecuritas.

lum, ſtatim, ac minimè dubius ſubijcit Adoleſcens: cui Pater; ita ne verò in Cælum? ni mea, inquit, me crimina prohibeant, eò me venturum ex infinitâ Numinis benignitate, certa fiducia eſt. Tum Præſes ad aſtantes conuerſus demiſsâ paululùm voce; audiſtis, inquit, quàm ſecurè optimus Adoleſcens de cæleſti profectione agat: certè non ſecus atque inter nos de Tuſculanâ, vel Tyburtinâ ageretur: quæ veſtra quæſo ſententia eſt? quid rogo mihi eſtis authores? num cenſetis communi ceterorum humandum ſepulcro? an verò a reliquis ſecernendum? cui uno ore reſponſum, eximiam integritatem dignam planè videri, quæ eximatur a turbâ, & præcipuis diſcriminetur honoribus.

Omniũ sẽtentia peculiari ſepulcro humandũ cẽſetur.

Sub diei exitum aderat illi Virgilius Cæparius eius amantiſſimus, qui Aloysij caput ſubiectâ manu Chriſto è Cruce penſili contemplando erectum ſuſtentabat: cumque Adoleſcens immotâ oculorum acie Numinis ultima patiẽtis formam imitaturus intueretur; ſublatâ repente dexterâ lineum ſibi e capite pileolum detrahit: quem moribundi motum Cæparius interpretatus, ſuum in locum tacitus reſtituit; At ille haud multò poſt caput iterum retegit; eique denuò Cæparius occurrens, cave, inquit,

Pileolum Chriſtũ imitaturus ſibi detrahit.

quit,

quit, mi Aloyſi, decedentis diei auræ inclemẽtiori caput haud impunè nudaveris. Cui ille oculis ad eum primùm, mox ad Numinis ſimulacrum verſis, Chriſtus, inquit, aperto capite occubuit. Quibus verbis mirè aſtantes commovit, fuitque omnibus documento, qui Chriſti veſtigia in vitæ actione ſequutus ſit, diligentiùs illi propè exitum obſeruanda, quando & labi ex imbecillitate faciliùs, & lapſus irrevocabilis.

Cum in commune eo audiente primis diei tenebris conſuleretur, cuinam eorum, qui aderant, noctu ad eius miniſterium lucubrandum foret; is Sacerdotem deſignavit, quem ſemel iterumque monuit, ut ipſe, ni grave eſſet, excubaret: & quia alteri cuidam eius exceſſum coram cernere cupienti, ſe in tempore moniturum ſpoponderat; Tu quoque, inquit, quaſi fidem exoluturus, ne quæſo diſceſſeris. Inde ſub priman noctis horam animaduertens Collegij Rector Aloyſium tam liberè, ac diſertè, nullâque trepidatione inſtantem mortem ſignificante, quæ res, & voluntas ferret, eloqui; eâ nocte moriturum nequaquam credidit: quin & aliquot præterea dies fore ſuperſtitem ſuſpicatus, noſtris omnibus, qui ſpectandi ſtudio frequentes conuenerant, edixit, ut cubitum

Rector õnes cubitũ ire iubet haud credens ea nocte moriturum.

tum

tum diſcederent, certi tam brevi non exceſſurum. Vni duntaxat Collegij Miniſtro Nicolao Fabrino negotium dedit, uti illi, ſi quid accideret, preſtò eſſet: cui etiam placuit ſocium permittere Antonium Franciſcum cognomento Guelfuccium illi valdè familiarem. Aliũ præterea, ut multorum precibus fatigaretur, manere conceſſit neminem. Incredibile dictu eſt, quanto cum mœrore ceteri omnes abſceſſerint, ut apud quos eius præſagitioni longè maior quàm ut Rectoris authoritati concederet, fides eſſet, ac certiſsima inde opinio ultra ab ſe in vitâ minimè conſpectum iri. Is verò ut mœrentium ſui causâ acerbitatem levaret, benignè cunctos intuitus, ſeſe omnium in Cælo memorem futurum recepit: rogare interim, ut ſibi extremum diſcrimen mox adituro opem precibus ferant: cunque alia alijs mandata ab eius obitu perficienda dediſſet, cunctos lacrymis madidos unus ipſe lætus dimiſit. Omnium poſtremus, dimiſsis reliquis, Bellarminus permanſit, qui eius rogatu poſitis genibus unà cum Fabrino, & Guelfuccio animi ſalutem Præpotenti rerum Domino commendavit: quo peracto ipſe quoque receſſit, Rectoris imperio obſequuturus.

Fabrinus, & Guelfuccius relinquũtur.

Ceteri sũmo cũ mœrore diſcedunt.

Bell: antequã diſcedat eius ſalutẽ Deo cõmendat.

Poſtquam exceſſere omnes, duobus, queis data

Digitized by Google

data venia, manentibus; Aloyſius mente, ut cum maximè, in Cælum intentâ, pias quaſdam e ſacris litteris mutuatus voces, identidem vibrabat ad Superos, illas præſertim a Chriſto moriente uſurpatas: *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*. Idem perpetuò conſtitit vultus nullo metu, aut mœrore contractus, eumque ad mortem uſque conſtantis animi indicem retinuit. Crebrò Patres, qui reliqui fuerant, illum per id tempus aquâ luſtralî aſpergere, pios ſenſus ſubijcere, Chriſti ſignum oſculandum exhibere, atque alia id generis officia, quæ illi fore pergrata noverant, præſtare. Is verò cuncta libens auſcultare, arripere, exequi: & ut grati animi argumentum daret, eorum apud Superos memoriam, curamque nunquam ſe abiecturum, uſque dum viverent, polliceri. Interea Mortem adeſſe, initumque cum eâ certamen, largus oris ſudor, livorque haud obſcurè indicarunt: quo tempore cum ſe graviſſimè affici, inque aliam partem trepido ore, atque intermortuis vocibus verti cupere ſignificaſſet (tertium enim iam diem unum, atque idem latus membra reliqua exceperat) veriti Patres, ne motu quolibet labantem vitam impellerent, ratique id naturæ, non mentis, votum, obſecundare

Paruas preces iaculatur adSuperos

Luc:23.46

Sudor livorq: mortem adeſſe indicant.

Verti cupit ſed viſa Chriſti morientis imagine acquieſcit.

recu-

Digitized by Google

recuſarunt: tum obiectâ Chriſti inter ſpinas, clauoſque expirantis imagine, animos ita illi revocarunt, ut coniectis in amantiſſimi Domini ſupplicium luminibus, ſat vultu, nutuque declaraverit, longè plura illius causâ perferre paratum: idque tranquillo poſtea ſilentio extrema perpeſſus egregiè confirmavit.

Denique ut palàm fuit, eum membris propè omnibus captum, nec ſermonis, motuſque facultatem ſupereſſe, ſacrum cereum Chriſtianæ Religionis ſymbolum in manum tradunt, quem ille ſuæ in Deum caritatis, ac fidei profitendæ ſtudio arcte complexus, haud ita multò poſt motis labijs ſuaviſſimum Ieſu nomen conari viſus eſt, eoque niſu inter alteram, ac tertiam ab initâ nocte horam, animam expectantibus, ſecumque in ſublime ferre geſtientibus Angelis efflavit. Habitus oris vitæ periculis, quàm vitâ defuncto, ac ſecuritatem ſibi gratulanti ſimilior manſit. Obijt anno à Virginis Partu MDXCI 12 Kal. Quintil. cum annum ætatis ageret tertium ſupra viceſimum, quibus tres prætereà menſes, dieſque undecim acceſſerant. Ætas non magna, ſi lapſi duntaxat dies computentur; par tamen æternitati, ſi etiam venturi, quos lapſa ætas promeruit, & quaſi conceptos, geſtatoſque peperit, in com-

Sanctè occumbit.

computationem venerint. Neque enim mortalem tantummodo vitam duxiſſe credendus eſt, qui præſentem hanc vitam futurâ, atque immortali fœtam traduxit.

CAPVT VIII.

De honoribus Aloyſio poſt mortem habitis.

ANtequam ad iuſta S. Adoleſcenti perſoluta enarranda aggrediamur, libet quàm ſanè iuſta, ſeu debita fuerint, præclariſſimo Mariæ Magdalenæ de Pazzijs teſtimonio eius integritati dato declarare. Alia teſtimonia, quę e publicis tabulis proferre poſſem, libens omitto; ne hoc per ſe ſatis firmum quæſita fulcimenta infirmitatis inſimulent. Erat ſanctiſſima fœmina univerſæ Societatis Ieſu, ac præſertim Aloyſij Gonzagæ, cuius eximiam Sanctitatem dudum acceperat, ſtudioſa in primis. Hæc cum prid. Non. Aprilis Anno humanæ ſalutis MDC eſſet inter orandum in ſupernarum rerum contemplatione penitus defixa repentè Cælum coram ſe diſcedere conſpicata, hiatu in medio Aloyſium vidit, qui inter Beatorum

D: Mariæ Magd. de Pazzijs ſtudiũ in Soc.

Digitized by Google

torum agmina præcipuo quodam fulgore præ ceteris coruſcabat. Ea ſpecies animum mirificè abripuit, ſic ut reliquo corpore propemodum deſtituto, omnem in oculos ad ſpectaculum, atque in linguam ad prædicationem evocaverit. Ita enim intentiſſimis ſurſum oculis admirationis iuxta, ac lætitiæ plena eloqui cæpit. *O quam ingens eſt Aloyſio Ignatij filio felicitas! Nunquam id mihi perſuaſum foret, ni Deo monſtrante nunc diſcerem. Haud putaſſem tantam quodammodo apud Superos gloriam haberi, quanta Aloyſium exornatum cerno. Profectò inſigni eſt Sanctitate Aloyſius. Quos in Templo veneramur Sanctos tam magna felicitate potitos haud arbitror. Quam vellem univerſum Orbem peragrare, quò eximiam Aloyſij integritatem, eiusqve in Cælo præmium unà cum Divina munificentia, atque in eum benignitate deprædicarem. Scilicet eò non tam res geſtæ ſanctum Adoleſcentem, quàm mens, conſiliumque provexit: inde enim rebus a nobis geſtis longè maximum accedit pretium. Semper illi, dum nobiſcum egit, aures divino Verbo patuere, & quidquid exequi non valuit, velle non deſijt. Chriſti haud dubiè martyrum ſupplicia, tametſi occultè, pertulit, propterea quòd & acerbiſſimis ſeſe cruciatibus confecit, & Divina caritatis igne perpetuò flagravit. Vnde*

Eiuſdem pręclarum de Al: in extaſi teſtimonium.

& oc-

Digitized by Google

& occulti Martyris nomine haud immeritò nuncupandum cenſuerim .

Huiuſmodi laudes cum per interualla memorata virgo , oculis linguæ ſuggerentibus , eloqueretur , erat qui fideliter exceptas litteris mandaret : quas etiam eò recitare libuit , ut palàm eſſet , ſi quid a nobis in hoc opere a veritate aberratum , potius illam tarditate ingenij non aſſequutos , quàm ſtudio hominem extollendi ſupergreſſos . Ad eum enim dignitatis gradum , factâ cum ſanctiſſimis viris , ac præclariſſimis Chriſti martyribus comparatione, Aloyſium virgo divinitùs edocta extulit , ut ultrà , quò proferretur , quodammodo non reliquerit . Illud autem obſeruandum , hanc de Aloyſij gloriâ hauſtam e Cælo notitiam alterius manu deſcriptam , ab ipsâmet Virgine fuiſſe poſtea perlectam , ac iureiurando firmatam : eandem præterea plurium aliarum Virginum , quæ interfuerant , iuramentis teſtaſtam , purpuratos Patres ſacris Ritibus ſanciendis præfectos , antequam Virginem ſanctorum faſtis adſcribendam decernerent , recognitam , accuratèque perpenſam ſuis ſententijs comprobaſſe . Nunc verò præmiſsâ per quandam haud importunam anticipationem funebri veluti laudatione , ceteram pompam Di-

vino

vino inſtinctu Aloyſio ab hominibus inſtructam evolvere inſtituamus.

Concurſus ad demortui cubiculum.

Simul datum proximâ luce poſt Aloyſij obitum ad ſurgendum ſignum, ingens ad eius cubiculum omnium ordinum concurſus fuit: ubi poſitis genibus, plerique non eius ſalutem Superis, ut fit, ſed propriam illi inter Superos, ut cenſebatur, adſcripto, commendare ſtudebant. Quo in genere memorabile eſt Roberti Bellarmini teſtimonium publicis tabulis conſignatum, in cuius extremâ paginâ iuratus affirmare non dubitat, ſe religioni ſemper habuiſſe, pro Aloyſij ſalute preces fundere, aut victimam piacularem offerre, veritum ne Divinæ aduerſus eum benignitati, unde tanta in eius animum beneficia profecta noverat, iniurius foret: contra nullâ unquam religione impeditum, quò minùs eum ſibi apud Superos deprecatorem depoſceret. Peractis precibus cuncti oculis perueſtigare, numquid ex S. Adoleſcentis rebus legere poſſent. Nonnulli in cadaver ipſum piè ſævire carnis fruſta preciden-tes, ac præſertim e genuum cute, cui callum nitendi ab ineunte ætate conſuetudo parem plantis obduxerat. Alij tondere capillum, præſecare ungues, diripere veſtes, induſia, calamos, atque adeo ipſas calceamentorum

Bell: religioni habet eum Deo precibus cōmendare, non tamē ſe illi.

Piè in cadaver ſævitum, cūctaque direpta.

ligu-

ligulas cupidè ſuſfurari, ac deinde pretioſis thecis, perpetuum tantæ virtutis monimentum, ac ſalutis præſidium includere. Sublatum è cubiculo corpus, in domeſtico primùm Sacello ad ſerum uſque diei cariorum oſcula, atque amplexus ſuſcepit: mox in exedram Collegij maximam delato Patres univerſi unà cum reliquis iunioribus, ceteriſque domeſticis adiutoribus manum religiosè deoſculati ſunt: quod ceteroqui honoris genus ſolis apud nos Sacerdotio præditis deferri conſuevit: ſcilicet intelligebant ſacrum Adoleſcentis corpus, non quidem Chriſmate, quemadmodum Sacerdotes, ſed Chriſto ipſo perpetuò inhabitante dedicatum. Inde in templum effertur; ubi, exequijs de more perſolutis, incredibilis cum eorum, qui litteris operam dabant, tum externorum frequentia eius feretro circumfuſa certatim ora, manus, pedeſque deoſculabantur, ac pro ſe quiſque aliquid è corpore, ſeu veſtibus præſcindere ſtudèbat. Tunc autem non modo omnis penè veſtis exterior, verùm & intima ſubucula diſciſſa, capillorum, unguiumque ablata reſidua, extremi digiti, atque adeo integri articuli reſecti, & ſi vis non foret maturè prohibita, ſummotâ, ut licuit e feretro turbâ, occluſisque ſuccedentium multitudini

Patres manũ ei præter morem deoſculãtur.

Externorũ frequẽtia, & pietas erga ſacrũ pignus.

dini foribus, timor erat, ne p etas modum, tranſgreſſa corpus omne fœdum in modum dilaniaret. Agi deinde cœptum, ubi, & quemadmodum Aloyſij corpus eſſet humandum, an ſecreto a reliquis loco, & præter noſtrorum morem ligneo loculamento incluſum, an verò promiſcuè cum reliquis. Bellarminus, ceteriq; graviores Collegij Patres, qui idem ante eius obitum ſenſerant, ut in præcedenti capite memoravimus, ſecernendum, & loculo claudendum cenſuere: quod & factum eſt Claudij Aquavivæ eâ de re conſulti permiſſu.

Tumulatur loco a reliquis ſecreto.

Per eos dies nihil propemodum in ore, ac ſermone omnium noſtrorum erat, præter Aloyſij geſta, alijs alia inuicem memorantibus, eâque egregij Adoleſcentis repræſentatione quaſi inſtauratâ præſentiâ deſiderium lenientibus. Quotidie complures ad eius monumentū aderant, ubi procumbentes diù illius fidem, atque apud Deum patrocinium implorabant. Fuitque qui poſt eius obitum Romam appulſus ſolâ fama permotus (Io: Antonio Valtrino nomen erat multæ eruditionis viro, & publico ſacrarum litterarum Interpreti) non modò ſingulis diebus ſepulcrum obiret; verùm ſemper, floſculis, quos domeſticus hortus obtulerat, ſancti Adoleſcentis tumulum inſpergeret, quaſi eius

Io: Ant. Valtrinus quotidie eius tumulum floribus ſpargit.

ius animum ante vota preceſque ad benevolentiam conciliare cuperet,ac patrocinium eblandiri. Ad hæc Cæſar Baronius, vir ille quem Eccleſiaſtica Purpura ad ſui ornamentum exornavit, frequens in primis ad Aloyſij tumulum aduentabat, geſtarique voluit, ſi quando ſenectute, aut inualetudine ingredi prohiberetur. Ibi autem poſitis genibus oſculo ſæpiſſimè humum, quâ ſacrum pignus tegebatur, appetebat: mox diu in preces effuſus, nonniſi ſuſpirans, ac beatum iteratis vocibus exclamans migrabat. Aliquot deinde poſt annis, increbreſcente prodigijs ſanctitatis famâ, Franciſcus Gonzaga tunc Cæſaris ad Pontificem Legatus Claudium Aquavivam, ut Aloyſij germani fratris oſſa multis divinitùs iam decorata prodigijs in auguſtiorem locum transferrentur, enixè oravit, exoravitque: quo tempore ſacrũ eius caput a ceruice ſeiunctum eiuſdem Principis rogatu in oppidum Caſtilionis tranſmiſſum eſt: ubi magnâ lætitiæ ſignificatione a popularibus acceptum, nunc in Templo eius memoriæ excitato thecâ incluſum argenteâ ſummâ cum veneratione aſſeruatur. Quo ex honore, nulli utique Caſtilionis Dynaſtarum unquam delato, argumentum capere licet, qui ſuos honores Deo tradat, eum nequaquam amittere,

Cæs: Baronij ſingularis in Al: pietas.

Sacri pignoris oſſa trã ferũtur am pliorẽ locũ

Caput Caſtilionem trãslatum argentea theca includitur.

ſed ſacrare, Divinos e Divinis manibus relaturum,

CAPVT IX.

De Prodigijs eius obitum ſubſecutis.

Quæ alijs prodigia, ei prodigioſæ virtutes famâ collegerunt.

EAm in vulgus exiſtimationem, & famam, quam ſanctiſſimi quique viri rebus ſupra ordinem naturæ geſtis collegerunt, Aloyſio adhuc viventi ſine ullo miraculo contigiſſe, argumento eſt, egregias virtutes, quibus erat ornatus, prodigiorum munus ſubijſſe. Verùm eo, eiuſque virtutibus de medio ſublatis, ne fama quoque unà cum illo intercideret, nonnullis divinitùs factis prodigijs nutrienda fuit. Longum eſt, ac propemodum infinitum omnia, quæ in tabulas relata vidimus, recenſere: illa tantummodo perſtringemus, quæ maximè teſtata, ac pervulgata novimus: quippe eorum fidem cum ſacrorum Antiſtitum authoritas præſtat, tum hoc præterea quod publicam lucem tunc ſuſtinere valuerunt, quando adhuc ſupererant, quibus contigiſſe prædicabantur.

Primum ſignorum Chriſti exemplo ſuæ ad-

uerſ

Digitized by Google

uerſus Matrem pietati ſignificandæ edidit B. Adoleſcens: cum enim illa mœrore confecta ex ſubitâ Caſtri Godefridi defectione unà cum infelici exitu Rodulphi filij ibi ex inſidijs mactati in ultimum vitæ diſcrimen veniſſet; iamque ſacro Euchariſtici Panis Viatico inſtructa, ac ſalutari Chriſmate delibuta propè eſſet, ut animam ageret; repentè Aloyſium ſibi ante lectum immensâ luce, ac decore fulgentem aſtare conſpicata; eo aſpectu tantâ lætitiâ exiluit, omnibus filij bonis in ſua quodammodo Parentis iura translatis, ut animi ægritudine radice morbi diſcuſsâ, illico tantæ pulcritudinis miraculo conualuerit.

Primū Signorū aduersū Matrē edidit.

Par deinde grati animi documentum dedit, dum precibus Mariæ Magdalenæ de Pazzijs, ceterarumque ſociarum Virginum eius ſtudioſiſſimarum unam ex illis graviſſimè ægrotantē, ac deploratam ad ſalutem reduxit. Ea erat Angela Catharina cognomento Carlinia, Virgo ætate puellari, eòque recens a tyrocinio,& adhuc ſub Magiſtræ cura. Hanc poſtquàm quatuor annorum ſpatio gravis dolor, qui lævam corporis partem a vertice ad pedes obtinuerat, exercuiſſet; nocte quâdam omni in ſiniſtram maxillam dolore incumbente, tumor magnitudine ovo, duritie ſaxo perſimilis repen-

Sac: Virginē peſtifero carcinomate momento liberat.

te exortus omnia carcinomatis inſignia protulit. Dolor ibi erat acerrimus, inſomnia præterea, nauſea, & ad motum quemlibet corporis infirmitas extrema. Binos cum dimidio menſes rem ſilentio preſſerat: mox religione tacta, Magiſtræ ſuæ, atquè hæc Virginum Maximæ, ac Mariæ Magdalenæ de Pazzijs aperuit: hæ autem conſpecto carcinomate, cuius vi paucis ante diebus aliam eiuſdem cœnobij Virginem elatam meminerant, exterritæ, atque ab humanis auxilijs deſperantes, ad ſuperna ſibi procuranda ægram Virginem cohortantur, ſuggeruntque, ut Aloyſium Gonzagam deprecatorem aſciſcat. Paret puella, & poſt preces fuſas aſſumptâ lipſanothecâ, ubi B. Adoleſcentis reliquiæ habebantur, tumorem in Crucis modum obſignat: inde dolor nonnihil remiſſus ſpem obtinendæ ſalutis plurimum erexit: cumque inter Virgines conueniſſet, medicorum manibus ægram inſequenti luce permittere; illa amplificandæ Aloyſij gloriæ cupiditate incenſa, diem totum orando, obteſtandoque omnibus precibus ab eo exegit, ut, quod inchoaverat beneficium, perficeret: quas preces cum ſub ſolis occaſum magnâ ſpe obtinendæ ſalutis iteraſſet, viſa ſibi eſt Aloyſium in animo ſuo his verbis alloquentem audire:

Deus

Deus Opt. Max. quidquid fiducia mei, ſtudioque gratia, qua apud eum valeo, patefacienda poſtulaſti, libens gratificatur, ſpeique de me concepta reddita ſalute compotem facit. Sub hæc pectus ſibi puella aperiri, tumoremque tantâ violentiâ, ac dolore, quâdam veluti iniectâ manu, eripi ſenſit, ut ſemianimis diutiùs iacuerit: quo tamen tempore, languidâ, ut licebat, voce, ſe in priſtinam valetudinem reſtitutam ſæpiùs ſignificavit: idque ubi refocillata ordine expoſuit, incredibili lætitiâ omnes perfusæ Deo, Beatoque Adoleſcenti laudes, grateſque perſolverunt: & ne memoria tanti meriti,ac prodigij unquam intercideret, de communi ſententiâ conſtituunt ſolemni intra Cœnobium pompâ B. Aloyſij lipſana pridie eius diei, qui ipſi ſacer eſt, magnâ cum religione circumferre; eundem prætereа diem ieiunæ traducere, atque inſequentem feriatum habere. Miraculi fama Archiepiſcopi Florentini authoritate, & litteris munita univerſam Italiam illico pera gravit, perlataque Caſtilionem ad Franciſcum Fratrem, qui id temporis rerum potiebatur, tantâ eum voluptate affecit, ut domo ſatis cō modâ nuntium donaverit.

Singulis ânis miraculi memoria in monaſterio celebratur.

Fr: Gonz: huius miraculi nūcio domū largitur.

Curſim nunc reliqua perſequemur tœdium lectoris celeritate præuenturi. Prima, quæ vo-

Puerperā à mortis periculo eximit.

tivam tabellam, accepti beneficij monumentum, ſuſpenderit, Nobilis fœmina prodita, quam extincta in utero proles tantis doloribus oppreſſerat, ut ſuperueniente ſanguinis profluvio iam ad extrema ſpectaret: votâ, quam diximus, ſi eniteretur, tabellâ, ſine ullâ offenſione feliciter enixa eſt.

Ophtalmiæ ſeu vitiū oculorum ſanat.

Hanc ſequitur plebeij quidam generis vir, patriâ Senenſis, cui Antonio Vrbano nomen. Huius peſſima ophtalmia omnia medicorum tentamenta eluſerat. Nubecula quædam utrique oculo inſederat, unde perpetuus lacrymarum, ac pituitæ defluebat imber: calor inde, inflammatio, ac dolor lecto ſpe omni deſtitutum, ac mœrentem tenebant: quo animi, & corporis habitu cum preces Aloyſio fudiſſet, precantemque oppreſſiſſet ſomnus, poſt modicam quietem firmus, ac valens, perinde, ut ſi nunquam ægrotaſſet, evigilavit.

Ex renibus laboranti ſuccurrit.

Nobilis item Romanus, cum ex renibus ſatis diu laboraſſet, Divinoque Spiritu inſtinctus Aloyſio ſupplex voviſſet, ſi conualeſceret, memorem beneficij tabellam ad eius tumulum appenſurum, eveſtigiò convaluit: & quia fidem præſtare diſtulit, iterum dolor incubuit, nec ei antea modus factus, quàm poſt delatam quam voverat, appenſamque tabellam.

Vir

Vir Lucenſis nobili pariter loco natus Lælius cognomento Guidiccionius, pluribus ſimul exercebatur incommodis : acuta illi erat, ac pernicioſa febris : capitis dolores acerrimi, itemque cordis veluti inter vepres verſantis : ſuſpiria, gemituſque pectore ab imo ducti:gravitas præterea auditus, creber anhelitus, insõnia, ceteraque mortis ſigna eam in propinquo eſſe denunciabant : cuius proinde, Sacris Euchariſtiæ, & Confeſſionis myſterijs inſtructus, in metu, atque expectatione erat. Vix dum e collo ſacras Aloyſij reliquias ſuſpendit, morbo levari ſenſit, atque inſequenti luce Medicis indagantibus, ne veſtigium quidem febris tam peſtilentis reliquum fuit. Peſtilentē febrē plurimis malis comitā tam pellit

Eædem reliquiæ unà cum voto ſuſcepto Marco Guſſonio apud Venetos prænobili, tunc Patavij noſtræ Societatis tyroni, morbum haud abſimilem pari celeritate depulere. Aliū ſimili morbo ſanat.

Earum item contactu, votoque ſi revaleſceret, ſingulis diebus ad eius ſepulcrum quinquies Pater, & Ave ad annum recitaturum, appenſurumque argenteum donarium Io: Iuſtinianus e noſtra Societate Genuenſis urinam undecim ipſos dies calculi obiectu inhibitam ſoluit : magnâque humoris vi, unde corpus intumuerat, unà cum calculo deiectâ, momento tem- Vrinā undecim dies calculo inhibitā ſoluit.

poris

poris propè a mortis limine eſt reſtitutus.

Item calculo prægrandi liberat.

Eodem morbo laboranti apud Auguſtam Taurinorum Philiberto de Baronis auxilio venit Aloyſius, ad cuius in quiete conſpectum, aſperum calculum pro fabæ modo craſſum, cruentumque, atque unà cum eo acerbos, quos diù tulerat, dolores, mortiſque periculum depulit.

Febri hectica, elephantiaſi, diarrhea, carbunculis alium eximit.

Puerum Romæ (Io: Franciſcum Philippinum dicebant) febri hecticá, Elephantiaſi, ac diarrheâ miſerabiliter uno tempore tortum, atque a Medicis deploratum, dens Aloyſij eius collo ſuſpenſus, ingenti illorum admiratione perſanavit. Cumque eundem acuta febris alterum poſt menſem unà cum binis in dorſo carbunculis palàm peſtiferis invaſiſſet, nec re ullâ morbum emendari poſſe Medici dictitarent, earundem reliquiarum remedio, quod antea reſpondiſſe conſtabat, adhibito, mala omnia protinus ceſſere.

Acutâ febrim cum furore reſtinguit.

Franciſcus Crottius honeſto loco Brixiæ natus ex febri acutâ ad inſaniam ictus uſque adeo furere cœpit, ut lecto teneri haudquaquam poſſet: cumque ſacro duntaxat Chriſmate eſſet inſtructus, quòd reliquorum myſteriorum, qui mentis potens non eſſet, compos fieri nequiret, fuſis Aloyſio ab uxore precibus, vo-

toque,

toque, ſi evaderet, nuncupato, curaturam ſe in eius memoriam ſemel Divinam Hoſtiam immolari, illicò ad mentem redijt, itaque remiſit febris, ut poſtridie ne veſtigio quidem abijſſe innotuerit.

Multa adhuc ſupereſſe video, quæ etiam ad inſtitutam coacta brevitatem Lectoris patientiam fatigent. Indico quæ apud Cæparij reliqua video: Vetulam nimirum ſeptuaginta annis maiorem a morte, in quam ardentiſſimâ febri, & ſanguinis profluvio urgebatur, revocatam: Civem Romanum illæſum poſt præcipitium ſeruatum: Vincentium Mantuanorum Ducem, & virum alterum apud Polonos Principem ſæviſſimis doloribus levatos: Romanum Doctorem febri, dyſenteriâ, aurium tynnitu, alijſque morbis exemptum. Aſſertum præterea a Dæmonis tyrannide Florentinum adoleſcentem ex nobili Rodulphorum proſapiâ, qui ab eo decimum ferè, ac ſextum annum obſeſſus indignè affligebatur: & Brixienſem puellam tibijs ita captam, ac debilem, ut nonniſi ligneis fulcimentis utrique axillæ ſuppoſitis ingredi poſſet, integritati reſtitutam. Complures denique vehementiſſimè ad libidines, atque ad turpiſſima quæque mali Dæmonis arte ſollicitatos, quibus in nullis, vel pre-

Plura prodigia curſim indicata.

Vincentiū Mant: Ducem doloribus levat

Ad turpia tẽtatis ſubuenit.

cibus,

cibus, vel ieiunijs, ceteriſque corporis afflictationibus auxilium eſſe videretur, Aloyſij tandem inuocati ope (quam forte afflictationes illæ certè non irritæ promeruere,)liberatos.

Plurimæ omnis generis curationes Caſtilione factæ.

Ad hæc idem ſcriptor enumerat ſupra quadraginta ſubitas, ac prodigioſas curationes Caſtilionenſibus ſuis ab Aloyſio adhibitas: inter eos pleroſque febricitantes, & quidem febribus nonnullos exitialibus: recenſet & arthriticos, & iſchiadicos, & podagricos, & eriſipelate, alijsque tumoribus in capite, collo, cruribus laborantes, & quosdam mente, ac membris propè omnibus captos, vulneratos, luxatos, fractos, atque inde largo ſanguine manantes, ac moribundos: quibus omnibus humano deſtitutis auxilio præſentiſsimum remedium Aloyſium fuiſſe publica acta teſtentur. Deinde adijcit paucis ab eius exceſſu annis ad quadringenta ſigna, vel tabulas votivas circa illius imaginem, beneficiorum monumenta, ſuſpenſas. Cui numero haud facilè ſit æſtimare quanta ad hæc uſque tempora acceſsio facta ſit. Illud mihi certò compertum, Aloyſio cultum ubique gentium maximo cum ardore tribui: honores verò beatis viris apud vulgus nonniſi beneficia vel accepta, vel ex acceptis expectata decernere. Quare qui velit in unum

omnia

Digitized by Google

omnia congerere, quæ toto orbe terrarum in hominum genus Aloyſij merito collata ſint, haud parua volumina vel ſolis rerum, ac perſonarum notatis nominibus impleat, oportet.

His prodigijs veluti Dei annulo Aloyſij Sanctitas obſignata Paulum huius nominis Quintum Pont. Max. permouit, ut illius vitam primùm a cæpario ſcriptam imprimi, vulgarique permitteret, Beati titulo eius nomini præfixo; tum rogatu omnium ferè Chriſtiani nominis Principum Apotheoſim illi decerni petentium, cauſam cognoſcendam viris graviſſimis commiſit; qui accuratè cognitis, libratiſque omnibus Aloyſij geſtis eâ longè digniſſimum cenſuerunt. Interim de ſuorum Purpuratorum, qui ſacris ritibus præſunt, ſententiâ, ſanctorum cultum, atque officia Aloyſio in omnibus Provincijs Gonzagæ familiæ ſubiectis permiſit, eâque deinde facultatem in univerſam Societatem Ieſu toto Orbe diſſipatam Gregorius XV protulit, brevique Sanctorum faſtis adſcriptum iri, accedente eccleſiaſticæ maturitatis tempore ſpes eſt minimè dubia.

Paulus V. Beati nomine eius vitam inſigniri permittit.

Omnes ferè Chriſtiani Principes eius Apotheoſim petüt.

Greg. XV. Sanctorum cultum, atque officia illi decernit.

CAPVT X.

IDEM ET VLTIMVM.

Paræneſis ad eos, quos e Cælo ad Religioſam vitam evocatos domeſtica lucra, atque honorum ſtudia retardant.

Famæ cupiditas quã vehemens in hominibus.

ADes iam animo quiſquis hactenus ſancti huius Adoleſcentis vitam evolviſti, & mirare mecum, quod ſatis ipſe non poſſum, ſtolidam hominum ſuperbiam, quæ Famam, ac prædicationem per dedecus omne ſectatur. Regis vocabulum urbium ruinâ, cædibus populorum, generis humani ſanguine, ac vaſtitate comparatur. Nihil propemodum auſa non eſt præceps ambitio, ut nomen ſuum in ſaxa, æraq: duratum poſteris cognoſcendum traderet: & quod teſtibus præter oculos nullis credibile fuerit, cernere quamplurimos licet, vitam ipſam aditis ſpontè periculis lætos prodigere, ſuo ut eam nomini largiantur, ac de ſe, Lothicæ, propè dixerim, vxoris inſtar, ſui monimentum fa-

faciant. Famæ denique captandæ ſtudio, viliſſimam paſſim, duriſſimâque illi ſeruitutem humiliter ſuperbi ſeruiunt: quam tamen, ſi ſaperent, ſi contemptui haberent, ac dominam recuſarent, ita demum pediſſequam obtinerent. Id eius ingenium eſt, & ſagaciſſimum, utpotè ex multis collatum, iudicium. Sui cultores cō temnit, ut leves: colit, ſequiturque, ut ſuo dignos obſequio, a quibus ipſa contemnitur. Huius rei eximium hic habes documentum; unde diſcas famam eiuſque munus præcipuum gloriam contemnere, quando nullâ re æquè glorioſum effici nomen intelligas, quàm ipsâ gloriâ contemnendâ.

Fama ſui cultores, cōtemnit cōtemptores colit:

Confer ſi lubet cum Aloyſio Gonzagâ Alexandrum illum Macedonem cupidiſſimum popularium rumuſculorum aucupem, & quoties eum appellari Magnum audieris, humanæ te parvitatis pudebit, cui magnus dicatur, qui nonniſi magnis ruinis ab ſe auræ captandæ coaceruatis inſiſtat. Perpende primò quantula gloriâ quàm ingenti extorta ſævitiâ. Dum vita manſit; habuit qui eum Regum maximum, Ducum fortiſſimum, Iove ipſo ſatum (edicto verba præeunte) publicè compellarent, ac poplite tenùs venerarentur: quorum tamen clandeſtinis ſermonibus carnifex erat, atque adeo

Alex: macedonis cū Al: comparatio.

carni-

Duplex Alexādri fama: altera publica, ſecreta altera.

carnificum probrum. Vbi verò mors audita; publica illa, quæ eius aurâ veſcebatur, fama, protinùs concidit: ac ſecreta e tenebris eruta, nullâ ſpe, nullo metu corrupta ad noſtra uſq: ſecula viguit, palàmque apud Sapientes prædicat, ei, qui ſanguine, & cædibus ſuam magnitudinem impleverit, Magnum eſſe potuiſſe nihil, præter crudelitatem.

Vnica, ſinceraque Alo: fama quàm diverſa.

Qui alienā virtutem, idem ſe ipſe commendat.

Funus quā glorioſum.

Reliquiæ auro exceptæ.

Depictæ infinitę imagines.

Numiſmata ex ōni metallo.

Statuæ ōnis generis: argenteæ plus centum in Europa.

Contra verò Aloyſio incolumi, conſcia Fama, ſuis eum rumoribus offendi, diù multumque ſeſe cohibuit. At ſimul extinctum audijt, tantâ continuò alacritate ſeſe in eius laudes effudit, ut ſe ipſa commendare tam ingentis virtutis prædicatione videretur. Eius celebrando funeri Roma univerſa certatim affuit: quo tēpore quidquid rerum ad eum ſpectantium obtineri potuit, auro, gemmiſque exceptum eſt. Depictæ ſtatim effigies, atque infinita in vulgus exempla, prælo adnitente, tributa. Ad hæc ærea cuſa numiſmata, quin etiam aurea, argenteaque, ſacris inſuper Eccleſiæ theſauris commendata in orbem terræ univerſum eius vultus populis adorandos præbuere. Mitto ſtatuas marmoreas, aut ex aliâ minùs prætioſâ materiâ eius honoribus dicatas. Ex ſolis argēteis plus centum Societas noſtra per omnem diſperſa Europam ſuis in templis enumerat;

quibus

quibus haud dubiè magnam acceſſionem fecerint, ſi quas reliquæ Mundi partes cum privatim, tum publicè ſtatuerint, computentur. Adde Templa, ac Sacraria eius memoriæ toto Orbe dicata. Adde feſtos dies ſingulis annis Aloyſij honoribus conſecratos, ubi ſolemnia ſacra, ubi publicæ laudationes, ubi vocum, neruorum, ac tibiarum cantus, Aloyſium cunctis per Orbem linguis inclamant. Etiam Antipodes, quorum Reges vel maximos ignoramus, qui noſtros Cæſares ignorant, Aloyſij nomen & norunt, & venerantur. Adde deniquè (quod vota ipſa, vel etiam inſomnia cuiuſquè maximè ventoſi capitis exceſſerit) peculiarem illam venerationem, quâ feſtis hiſce diebus univerſum Chriſtianum Orbem humi ante ſe proſtratum e Cælo conſpicit Aloyſius. Finge animo, ut rem planè intelligas, mortalium alicui in aureo ſolio ſedenti, ac trabeato a cunctis Chriſtiani populi Regibus, etiam quos oceanus a noſtro orbe ſeiunxit, de ſociali fœdere ſanciendo, uno tempore, uno die Legatos adeſſe. Nonne tantæ dignitatis fulgore obiecto, atque acie mentis perſtrictâ, decus admirareris mortalibus inſolens? At longè maximum Aloyſio contigit, cui in altiſſimo eodemque, quo rerum Dominus, throno ſedenti,

Templa in eius memoriã erecta, ac dies feſti illi dicati.

Antipodes eum norũt & venerãtur.

Chriſtianũ orbẽ ante ſe proſtratũ conſpicit.

ti, ac cæleſti trabeâ circũdato Chriſtiani Reges univerſi nõ per legatos, ſed per ſe ipſi, nõ de fœdere, ſed de cliẽtelâ impetrandâ ingenua provoluti ſupplicatũ adſunt. Circũſpice quàcũque terrarum, ac gentium hactenus ſeſe Chriſti Religio explicuit, & non ſine voluptate intueberis eo die, qui Aloyſio Sacer eſt, ſummos terrarum orbis Rectores, Pontificem nempe Maximum, Cæſarem Auguſtum, Hiſpaniarum, Galliarum, aliarumque gentium potentiſſimos Reges, tot ſacrorum Antiſtites, tot Purpuratos, tot viros principes, unà cum infinitâ populorum multitudine ad Aloyſij imagines provolutos eius e Cælo ſpectantis benevolentiam, patrocinium, fidem infimis precibus poſtulantes. Quid quæſo hoc honore præſtantius? nonne exclamare iuvat Davidicum illud: *nimis honorati ſunt Amici tui Deus, nimis confortatus eſt Principatus eorum*. Quis unquam tantum ſibi decus commentus non continuò motæ mentis ſuſpicione tangeretur? num exaggeraſſe credideris, an veriùs extenuaſſe quiſquis eum regnare pronunciavit, qui Numini inſeruiret. Hoc profectò non regnare eſt, ſed Reges omnes cũ ſuis regnis ſupernè deſpicere, ab iiſque inter Superos regnorum arbitros adorari.

Ac præſertim maximos, ac potentiſſimos Reges.

Pſal: 138.

Iam verò quis verbis conſequi valeat, quantum

tum eius laudibus acceſſerit ex immenſâ ſcriptorum multitudine, qui res ab eo præclarè geſtas ad ſempiternam temporis memoriam oratorio, poetico, hiſtorico ſtylo, omni præterea linguarum genere propagarunt. Haud ullus certè annus abit, quo non plura centena carminum millia Aloyſius e Cælo in ſui laudem conſcripta perlegat. Ita enim fert noſtra domeſtica conſuetudo, ut quotannis ad diem illi feſtum noſtri ordinis Iuvenes, qui litteris dant operam, poetico certamine illius laudes perſequantur. In uno Romano Collegio ad quinque carminum millia publicè propoſita ipſe aliquando enumeravi: quem numerum ſi per quadraginta duxeris (quot ferè maiora Collegia, ubi eiuſmodi certamina inſtituuntur; Societas numerat) bis centena carminum millia in annos ſingulos eius laudibus dicata comperies. Quibus ſi inſuper adieceris quæ noſtri Rhetores toto Orbe quamplurimi, vel publicè per eoſdē dies declamanda, vel privatim Auditorum exercitationi ſcribenda tradunt; quàm arduum tibi fuerit tot carminum numerum, tam pronum ex innumeris immenſum Aloyſij decus exiſtimare.

Scriptorū de eius Laudibus multitudo.

Poeticum in eius laudem certamen.

Quid horum quæſo ille Puſionibus Magnus Alexander? quantus eum pudor inuaderet? quàm

Nihil horū cōtig. Alexandro.

talium rerum faſtigia ſubſidere, tantumque coire amplitudinem cernes, ut pro cæleſtibus bonis adipiſcendis hæc, nonniſi cunctanter, & meditatè contempſiſſe, pœniteat. Reſpice indidem Alexandri decora: cogita, quàm ſimulata, quàm fugacia, quàm in anguſtum temporis, terræque coacta, quàm denique nunc inualida ijs, ac vitâ functum oblectare, qui ea, vel minimè ſentiat, vel maximè ſentiat perdidiſſe. Cumque ea penitus inſpexeris, diſce contemnere umbras quantum alienâ iniuriâ, ac periculis partas tantumdem veræ nominis claritati officientes. Si nomen tuum, bonamque famam Aloyſij gloriâ illectus omne in æuum prorogatam cupis, cave ſtultis improborum mentibus ſuâ laude dehoneſtaturis, committas: pudeatque tuas in illis, velut in cloacâ, vel ſtabulo effigies relinquere. Cave etiam ſaxis credas, temporis pabulo, ijs enim paulatim eroſis, truncus eris, populi prætereuntis ludibrium. Illud cura perquamdiligenter, ut nominis tui memoriam proborum mentibus imprimas, quæ utique te verâ laude donabunt, ſecumque in Cælum citra metaphoram efferent: ibi ſiquidem quot beatas Mentes, totidem pretioſa tui monimenta æternitati dicata cognoſces. Huc te conari, huc incumbere decet, ſi tibi, ſi fa-

Vera nominis fama, ubi quærenda?

ſi familiæ tuæ de verâ nominis claritate conſultum velis. Tunc autem, cum illo perveneris, palàm fiat ſtulti parentum tuorum conatus, qui rati indolem tuam perditum iri, ac planè tumulatum, ſi religioſæ diſciplinæ anguſtijs premeretur, te ab eà revocare conati ſunt: ijſque aliquando tandem, ubi ſcilicet te germinaſſe videbunt ſicut lilium, vel ſicut palmam effloruiſſe, prout Divina pollicebantur eloquia, documento eris; ſerere, non ſepelire, qui generoſam ſtirpem in terris, Divinis vocibus obſequuturus, abſcondat.

LAVS DEO, AC BEAT: SEMPER VIRG: SINE LABE CONCEPTÆ.

Digitized by Google

INDEX

Prior, quo omnia Aloyſij acta ad certa virtutum capita revocantur, præmiſſa eius vitæ synopſi.

TOTIVS VITÆ SYNPOSIS.

Aloyſius Cælo antequam Terris naſcitur. l. 1. c. 1. p. 4.
Prima Chriſtianæ inſtitutionis rudimenta. p. 5.
Armorum ſtudio tenetur. c. 2. p. 9. Illud abijcit periculis edoctus p. 10.
Turpia vocabula a militibus diſcit. ibid.
Florentiam ducitur. ibid. biennium commoratur. c. 3. p. 20. & 21.
Stranguriæ morbo laborat. Ibid.
Duodennis Mantuam revocatur. c. 5. p. 32.
Profectus in Montem ferratum Religioſo inſtituto animum adijcit. c. 7. p. 46.
Hiſpaniam petit, ibiq; ephebus inter meninos cooptatur. c. 10. p. 64.
Italiam repetit. c. 13. p. 89.
Mediolanum negotiorum cauſa contendit. c. 15. p. 106.
Caſtilione diſcedit, ac Mantuæ Principatum abdicat. c. 18. p. 135. & ſeqq.
Societati Ieſu adiungitur. c. 20 p. 148.
In Domum Profeſſorum mittitur. l. 2 c. 4. p. 176.
Neapolim valetudinis cauſa proficiſcitur. c. 7. p. 203.
Romam repetit c. 8. p. 213.
Vota Soc. privatim nuncupat in Coll: Rom: c. 9. p. 220.
In Patriam ad pacem inter fratrem, & Mantuæ Ducem conciliandam remittitur. c. 13. p. 235. & ſeqq.

Cannione Mediolanum concedit . c. 15. p. 277.
Romam a Claudio revocatur . l. 3 c. 1. p. 293.
Supremo morbo ægrotis miniſtrando corripitur . c. 3. p. 310.
Sanctè occumbit . c. 7. p. 348.

STVDIVM ORANDI.

INfans ſe in latebras abdit, ut oret . l. 1. c. 1. p. 6.
Quotidianæ pueri preces quamplurimę . c. 2. p. 17.
Conſtanter retentę etiam in febri diuturna p. 18. & c. 8. p. 54. & 55. & c. 9. p. 57.
Deo Magiſtro contemplandi artem ediſcit . c. 5. p. 36. mentis in ea raptus . p. 37. & c. 9. p. 62. & perpetua in Deum attentio . Ibidem .
Lacrymæ inter orandum fuſæ . c. 6. p. 44. & c. 8. p. 55. & l. 2. c. 6. p. 196.
Nihil aggreditur, quod preces non antevertant . c. 9. p. 59.
Nihil a Deo petit, quod non impetret . p. 60.
Summa cura mentis evagationes in orando cavet . c. 10. p. 70. & l. 2. c. 6. p. 195. & ſeqq.
Sæpè quatuor aut quinque horas orando perſtat . Ibid.
Cum iter habet vel voce, vel mente Deum alloquitur . c. 13. p. 92.
Et in hoſpitium veniens unam aut alteram horam precibus dat . p. 93. & c. 19. p. 144
Dum in Collegia Soc. venit, ſemper antea templum ingreditur . ibid
Euchariſtiæ cultus . c. 17. p. 125. & c. 20. p. 147.
Integram horam ſolis nocturnis pſalmis recitandis impendit . l. 2. c. 6. p. 198.
Semper orat etiam cum alijs negotijs diſtinetur p. 199.
Sanctas cogitationes amoliri ſine capitis offenſione non poteſt . p. 200.
Divinam caliginem quotidie ingreditur . l. 3. c. 1. p. 291.
Clam inter lectum, & parietem ad orandum æger procumbit . c. 6. p. 333.

Septem

Septem pſalmos de pœnitentia, atque alias preces quotidie ſibi morti proximo recitari curat. p. 337. & ſeq.

MODESTIA, ET CONTEMPTVS SVI.

IN precibus puluillo princeps abſtinet. l. 1. c. 2. p. 18.
Cum famulis non imperio, ſed precibus utitur. c. 4. p. 31.
Ianitoris vice adhuc princeps gaudens in Coll: mediolanenſi fungitur. c. 15. p. 110.
In Soc. vilia miniſteria promptè exequitur. l. 2. c. 1. p. 157.
Guttur charta duriore ſubrectũ ac acriter circumfert. l. 2. c. 1. p. 157
Tritas aliorum veſtes induit. c. 2. p. 170. Vide in hanc rem alias c. 7. p. 208.
Publicè reprehendi curat l. 2. c. 3. p. 173. immeritò obiurgatus nunquam ſe purgat. p. 174.
Pœnas falsò irrogatas libens pendit. c. 5. p. 187.
Contentiones, & clamoſum dicendi genus vitat. p. 193.
Pacatus diſputat, niſi ubi ſe laudari ſentit. c. 8. p. 214. ſuas laudes, ut alij probra erubeſcit. c. 9. p. 222.
In diſputatione ineptè reſpondere cogitat. p. 214.
Tanta euntis compoſitio, ut ad ſpectandum plures accurrãt. p. 217
Propriæ demiſſionis ſtudium. c. 9. p. 221. & ſeqq.
Increpitus ſemianimis concidit. c. 10. p. 229.
Lætus contemnitur a Tabernario. c. 13. p. 264.
Modeſtiæ, ac verecundiæ exempla vide in cap. 14. p. 267. & ſeqq.
Otium a ſtudijs in culinæ, ac triclinij miniſterijs impendit. c. 15. p. 282.
Gaudet in cunctis reptare, ne cadat ibid. & ſeqq.
Via ad eum promerendum, ſpeciem negligentis præferre. l. 3. c. 2. p. 298.
Principem trita amictus veſte, & mãtica onuſtus inuiſit. c. 3. p. 307.

VITÆ AVSTERITAS.

OVum integrum cœna eſt illi opipara. l. 1. c. 5. p. 33. Hanc cibi abſtinentiam integrum annum conſeruat. Ibid.

Exi-

Eximia frigoris tollerantia. c. 7 p. 48.
Rigida eius ieiunia. c. 8. p. 51. Quæ nec iter habens omittit. c. 13. p. 93.
Quotidie tam parum comedit, ut quod una menſa ſumit, ad unciam non pertingat. p. 52.
In deteriores cibos avidiùs fertur, eoſque ad trutinam exigit. p. 53
Aſpera, & frequens ſui corporis uſque ad ſanguinem verberatio. Ibid. & c. 14 p. 102.
Aſſerum fragmentis lectum aſperat, & calcaria prò ciliciis adhibet. p. 54.
Seminudus, atque humi ſtratus glaciali tempore orat. p. 55. & 56.
Perpetuo capitis dolori remedium nullum adhibet, imò illum fovet. c. 9. p. 57.
In ſui caſtigatione an modum exceſſerit. c. 17. p. 125.
Lintea viatoria cruore infecta. l. 2. c. 1. p. 157.
Aſpera corporis tractatio. c. 2 p. 163 & ſeqq.
Contra impugnantes vitæ auſteritatem pulcræ rationes. c. 11. p. 238. & ſeqq.
Viribus ob inediam defectus corruit, & increpatur, a Hieronymo Roboreo. c. 13. p. 260.
Manus a frigore disruptas renuit fovere. c. 15. p. 280.
Declarat ſe nullo ſcrupulo ob auſteritatem adhibitam teneri. l. 3. c. 3. p. 312.
Morti proximus facultatem petit, ut vapulet. p. 313.
Deinde ut mortem humi iacens excipiat. Ibid.
Ingratam potionem lentè haurit, ut longiorem moleſtiam ſentiat. c. 5. p. 322.
Nihil ægrotanti in cibis, & medicamentis faſtidio erat, præter hoc, quòd vitam producerent. c. 6. p. 331.

CVPIDITATVM, ET SENSVVM CONTINENTIA.

Plures annos quotidie ſalutat, nunquam intuetur Mariam Auſtriacam. l. 1. c. 10. p. 68.

De

De ſevera ſenſuum cuſtodia vide multa, & mira. l. 2.c.2.p. 165. & ſeqq.
Plures horas Chriſti ſepulcrum cuſtodit, nunquam intuetur. c. 5. p. 185.
Cupiditatibus ad urgenda Virtutum officia utitur. c. 6 p. 192.
Deſideria etiam pia in officio continet. p. 193. & l. 3. c. 1.p.293.
Hanc unam perturbationem non vicit, Laudis impatientiam. c 9. p. 223.
Primis cupiditatum motibus caret. l. 3. c. 1. p. 290.

INNOCENTIA VITÆ.

GRaviſſima Aloyſij errata ne ad levis quidem culpæ modum pertinuere. l. 1. c. 2. p. 13.
Ea tamen tota vita defleuit. Ibid.
Septennis ad Deum conuertitur. p. 14.
Gratiam in Baptiſmo initam nunquam amittit. Ibid.
Imò ea firmiter conſtitutum putat Bellarminus, p. 15. & l. 2. c. 13. p. 259.
Angelus paſſim nuncupatur. l. 1. p. 18.
E culparum leviſſimarum dolore in ſacra confeſſione exanimis cadit. c. 4. p. 28.
In aula hiſpanica vitam ſanctiſſimè traducit. c. 10. p. 68.
Sola præſentia cæteros compoſuit. p 70.
Nulla cogitatio eius mentem ſubit iniuſſa. l. 2. c. 1. p. 162.
Nihil in ſe reprehenſione dignum agnoſcit. c. 6. p. 191.
Deſideria etiam pia in officio continet. p. 193.
Nemini ex eius ſocijs noxam ullam, vel minimam in eo deprehendere unquam licuit. l. 3. c. 2. p. 303.
Eius confeſſiones excipienti obiurgationes erant. p. 304.
Vide Innocentiæ fructum in morte ſecuritatem. c. 6. p. 338. & ſeqq. & c. 7. p. 343. & ſeqq.

STV-

STVDIVM PAVPERTATIS.

PAupertatis amore ſcripta Gabrielis Vaſquez mutila ſibi deſcribi curat l. 2. c. 8. p. 219.
Nullum in cubiculo librum habet, præter ſacra Biblia. p. 220.
Omnia illi vulgaria, & paupertatem redolentia. c. 10. p. 234.
Chartæ ſegmentis, non icunculis ſacrum codicem diſtinguit. p. 235
Deterrima quæque ſibi depoſcit. p. 236.
Libros elegantiùs compactos renuit. c. 15. p. 28.
Suis etiam ſcriptis ſe in fine vitæ exuit. l. 3. c. 2. p. 297.
Cubiculum maximè incommodum eligit. c. 2. p. 302.
Conopæum e lecto ſubmoveri rogat. c. 5. p. 321.
Glycirrhizam ſaccaro ob ſtudium paupertatis præfert. p. 322.

CASTITATIS PERFECTIO, ET CVRA.

LVdere cum puellis e domo Medicea recuſat. l. 1. c. 3. p. 22.
Virginitatis voto ſe obſtringit. p. 23.
Nullo corporis aut mentis motu eius caſtitas tentata. p. 24.
Caſtitati ſeruandæ præſidia ab eo adhibita. p. 25.
Senſuum præſertim cuſtodia, & mulierum fuga. Ibid. & p. 26. & 27.
Mirus pudor ubi ſe famulis induendum tradit. c. 4. p. 31.
Plures annos quotidie ſalutat, nunquam intuetur Mariam Auſtriacam. c. 10. p. 68.
Carne, ut ceteri, non conſtare dicitur. p. 70.
Ad ſaltandum a fœmina inuitatus fugit. c. 13. p. 95.
De ſevera ſenſuum cuſtodia multa, & mira habentur. l. 2. c. 2. p. 165. & ſeqq.
In hac virtute incrementum non cepit, quia ab initio conſummatã habuit. c. 10. p. 237.

OBEDIENTIÆ STVDIVM.

NVllum moderatoris imperium tranſgreditur. l. 1. c. 4. p. 31.
Libentiùs inferioribus ſe, quàm ſuperioribus paret. l. 2. c. 5. p. 185. Vide etiam p. 184.

Obedientiam ſacræ lectioni præfert. p. 190.
Obedientiæ ſtudio poſcit a Deo, ut a ſe receſſat. c. 6. p. 202.
Summa eius in hac virtute perfectio. c. 10. p. 227. & ſeqq.
Triclinij menſas varijs cęlitum nominibus obedientiæ cura diſtinguit. c. 15. p. 282.
Nunquam æger a Medicorum imperio diſcedit. l. 3. c. 6. p. 332.

REGVLARVM OBSERVANTIA.

Pvrpurati Principis inuitamenta ob regulæ reverentiam ſpernit. l. 2. c. 10. p. 231.
Dimidium chartæ folium ante licentiam non tradit. Ibid.
Silentij, ac latinè loquendi regulas diligenter obſeruat. p. 232.
In extremo vitæ declarat nullam unquam ſe regulam prætergreſſum. l. 3. c. 3. p. 312.

CARITAS IN DEVM.

MArtyrium ſubire cupit. l. 1. c. 10. p. 64.
Concionatorem ſolo aſpectu Divina caritate auditor accendit. c. 15. p. 110.
In Sanctiſſimam Euchariſtiam amor. l. 2. c. 4. p. 176. & ſeqq. & c. 15. p. 277.
Amoris incendio totus æſtuat, & cor mirificè concitatur. c. 6. p. 199. & c. 12. p. 247.
Ad Dei mentionem totus inardeſcit. l. 3. c. 2. p. 300. Vbi mirum huius rei exemplum.
Divina præſentia nunquam illi excidit. l. 3. c. 2. p. 299.
Quòd nimio mortis deſiderio, ut Deum cernat teneretur, religioni habet. c. 3. p. 311.
Nullis toto morbi tempore, niſi rerum ſalutarium ſermonibus aures adhibuit. c. 6. p. 332.
Ad mortis denunciationem hymnum TE DEVM canit p. 336.
Sæpe illud uſurpat, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. p. 339.

CARI-

CARITAS IN ALIOS.

Infans ubi in pauperes incidit, vultu, ac gemitu commiſerationem oſtendit. l. 1. c. 1. p. 6.
Reprehendit puer turpiter loquentes. c. 2. p. 12.
Cathecheſim docet, diſſidia componit, & flagitioſos corrigit, c. 5. p. 39.
Adhuc puer domi concionatur c. 6. p. 45.
Nudato capite ne quem inſalutatum prætereat incedit. c. 17. p. 124.
Fratres natu minores cathecheſim docet. p. 127.
Agreſtes, & mendicos Chriſtiana doctrina imbuendos per vias quæritat. l. 2. c. 3 p. 172.
In Collegio Romano morem reſtituit colloquendi poſt epulas de rebus Divinis. c. 12. p. 247. & ſqq.
In Civitate Senenſi Iuventutem magno cum feruore ad bonam mentem adhortatur. l. 3 c. 1. p. 296.
Eius ſermones ad ſtudium virtutis excitandum efficaces. p. 299.
Pia eius aduerſus ægros maximè ulceroſos officia. c. 3. p 309.
Pietas in matrem in extremo vitæ demonſtrata. p. 319.
Devovet ſe peſte correptis. c. 5. p. 322.

DEIPARÆ CVLTVS.

Ad Deiparæ mentionem ardere videtur, & colliqueſcere l. 1. c. 3. p. 23 & c. 9. p. 63.
Voto ſe virginitatis in eius honorem obſtringit. Ibid.
Nullo corporis, aut mentis motu eius caſtitas unquam Deiparæ beneficio tentata. p 25.
Singulis ſcalarum gradibus Angelica formula Deiparam ſalutat. c. 5 p. 38.
Ad ſocietatem die illi ſacro inteſtina voce clarè evocatur. c. 10. p. 77.
In Domo Lauretana diutiſſimè orat. c. 19. p. 142.

GRA-

GRATIÆ GRATIS DATÆ.

ADhuc puer plura vaticinatus fertur. l. 1. c. 17. p. 127.
Nihil eius mentem ſubito o e o atum, & ſi vel ia aliqua cogitatione defigitur, ut exteriora non ſentiat. l. 2. c. 6. p. 197.
Interiori lumine de inſtante morte edocetur. l. 3. c. 1. p. 292. & c. 6. p. 335.
Dei admonitu cognoſcit mortem Corbinelli, eiuſque per ignem luſtralem tranſitum. c. 5. p. 328. & 329.
A ſenſibus alienatus, totam noctem cæleſtis patriæ conſpectu fruitur. c. 6. p. 335.
Alijs atque alijs affirmat ſe certa nocte moriturum. c. 6. p. 340. Vide etiam. c. 7. p. 345.

HVMANARVM RERVM ATQVE OPINIONVM CONTEMPTVS.

NIhil penſi habet, quid alij de ſe dicant. l. 1. c. 4. p. 30. & c. 10. p. 71.
A celebri ſpectaculo oculos ſemper averſos, vel clauſos tenet. l. 1. c. 7. p. 49.
Quæ ſumma hominibus ſunt deridet. c. 9. p. 60.
Tritas veſtes ſartaſque in aula geſtare gaudet. c. 10. p. 68. & 69. Eumque morem ſemper retinuit. c. 13. p. 92.
Italiæ Dynaſtas ſaiecta indutus ſalutatum adit. c. 13. p. 91.
Raſcia plebeio panno induitur. c. 15. p. 109.
Impu entem ſenem ſib re increpat. p. 94.
Ad Gymnaſium pedibus rheda dimiſſa venit. c. 15. p. 109.
Mulo ignobili in celebri equeſtris pugnæ ludo vehitur. p. 112.
Noſtrorum more indutus in conv um procedit, & convivas ad pietatem adhuc adoleſcens hortatur. c. 18. p. 139.
Per Vrbem gaudens ſtipem cogit. l. 2. c. 3. p. 171.
Purpuratum alloqui ſine licentia recuſat. c. 5. p. 183.
Item cibum in eius domo capere. c. 10. p. 231.
Bononiæ nihil, niſi ſacras ædes inuiſit. l. 2. c. 13. p. 263.

Hono-

Honorum pudet, ac pœnitet. p. 266.
Monitus expectari a Principe, binas horas precando extrahit. c. 15. p. 277.
Egrè fert ſe a Præpoſitis diligi. l. 3. c. 2. p. 298.
Pudet Pontificem ſui recordatum. c. 7. p. 342.

CONSTANTIA IN VRGENDO PROPOSITO RELIG: INEVNDÆ.

Patri propoſitum aperit, & eius aſperum reſponſum interritus audit. l. 1. c. 12. p. 80. & c. 14. p. 100. & c. 16. p. 14. & ſeqq. & c. 17. p. 130.
Secedit in noſtrum Collegium animo non redeundi domum. p. 85.
Eius propoſitum a multis, inter quos Gullielmus Mantuæ Dux, tentatur ſed fruſtra. c. 14. p. 97. & ſeqq.
Secedit ad Franciſcanos inſcio Patre. p. 101.
Sanguine, & lacrymis voluntatem Patris expugnat. c. 14. p. 104. & c. 17. p. 128.
Amorem in Societatem oſtendit, cum noſtris rus euntibus occurrere gauderet. c. 15. p. 111.
Liberè Patri denunciat, ſe eo inuito abiturum. c. 17. p. 129.
Quatuor, vel quinque horas precibus dat, ut veniam a Patre impetret. c. 17. p. 130.

EXISTIMATIO APVD ALIOS.

Angelus paſſim nuncupatur. l. 1. c. 2. p. 18.
Sola præſentia ceteros componit. c. 10. p. 70.
Quæ tractabat tanquam Sacræ reliquiæ viventi ſubducta. l. 2. c. 3. p. 175.
Flexo poplite reverentia illi Caſtilione adhibetur. c. 14. p. 266.
A matre genibus nixa excipitur. Ibid.
Domeſtica illi parænesis nondum ſacerdoti committitur. p. 272.
Vincentius Dux Aloyſio concedit, quod multis Dynaſtis negarat, p. 273.

Sacer-

Sacerdos eius conſuetudine ob reverentiam abſtinet. *l. 3.* c. 2. p. *304.*

Scipio Gonzaga ſuæ potioris vitæ parentem Aloyſium vocat. c. 5. p. *325.* Vide etiam paulò ante eius apud duos Purpuratos exiſtimationem.

Lud. Corbinellus Sacerdos ſe ab Aloyſio in extremo vitæ ſigno crucis muniri poſtulat p. *326.*

A Hieronymo Plato dignus cenſetur, cui viventi Apotheoſis decernatur. c. 6. p. *339.*

Gregorius XIV. ultro criminum poſt mortem impunitatem Aloyſio indulget. c. 7. p. 341.

Secreto a reliquis ſepulcro conditur. p. *344.*

Vide honores illi poſt mortem delatos. c. 8. p. *349.* & ſeqq. & c. ultimo per totum.

Vide etiam in indice poſteriore Teſtimonia de eius ſanctitate data in littera T.

NATVRALES ANIMI DOTES.

PVblicè 14 annos natus de rebus theologicis, ex tempore illuſtratus cum plauſu diſputat. l. 1. c. 10. p. *66.*

Eius prudentia, ac dexteritas in negotiis adminiſtrandis. c. 15. p. 107. & c. 20. p. 148. & l. 2. c. 12. p. 247. & ſeqq.

Mira eius memoria. l. 1. p. 109.

Quam gratioſus apud Caſtilionenſes fuerit, ex eorum lacrymis in eius diſceſſione fuſis agnoſcitur. c. 18. p. *133.* & ſeqq.

Benignitas in ſalutando. c. 17. p. 124.

Eius ingenium præacutum, ac perſpicax. l. 2. c. 7. p. 207. & c. 8. p. 216.

Eius in congreſſibus ſuavitas, & Eutrapelia. c. 12. p. 254. & l. 3. c. 2. p. 299.

Primo congreſſu pacem conciliat inter Mantuæ Ducem, & Rodulphum fratrem. c. 14. p. 272.

Alias domeſticas tricas ſumma dexteritate expedit. c. 15. p. 275. & ſeqq.

INDEX
Poſterior rerum memorabilium.

ACtuoſa vita ut poſſit cum contemplatione iungi. l. 3. c. 1. p. 291.
Aloyſij cum Alexandro Magno quoad gloriam humanam comparatio. l. 3. c. ult. per totum.
Amicitia quatenus colenda. l. 1. c. 3. p. 22.
Amicitiæ humanæ divinęque diſcrimen. l. 1. c. 10. p. 72.
Amor divinus quare iucundus. l. 2. c. 12. p. 247.
Auaritia etiam largitatis ſpecie obrepit. c. 10. p. 234.
Barnabitas libenter conuenit Aloyſius. l. 1. c. 7. p. 47.
Cappuccinos libenter alloquitur. c. 7. p. 47.
Caroli Borromęi cum Aloyſio congreſſus. c. 6. p. 41.
Caſtitatis ſtudium vide in priori Indice.
Cathechiſmus Rom. a D. Carolo eidem commendatur. c. 6. p. 42. Eum Aloyſius verſat, aliiſque commendat. p. 45.
Ceſſionis bonorum forma. c. 15. p. 16.
Claudius Aquaviva elephantiacis miniſtrat. l. 3. c. 3. p. 306.
Conſtantia unde ab obſtinatione diſcernatur. l. 2. c. 2. p. 170.
Cordis obduratio in ſcripturis, ut fieri a Deo poſſit. l. 1. c. 18. p. 138.
Corporis ſarcina alta petentibus impedimento. l. 2. c. 11. p. 238.
Cruciatuum modus qualis concedendus Novitijs c. 1. p. 158.
Dæmones Aloyſij ſanctitatem prædicant. l. 1. c. 2. p. 16.
Delicias cæleſtes cur Deus aliquando SS. viris ſubducat. l. 2. c. 2. p. 158.
Delitijs cæleſtibus affluit Aloyſius. c. 6. p. 200.
Deſideria pia in ordinem cogenda. p. 193.
Diffidentiæ, & conſternationis tentatio SS. Viros quandoque aggreditur. c. 11. p. 243.

Do-

Digitized by Google

Domus, ubi Aloyſius Florentiæ habitavit. l. 1. c. 3. p. 21. In margine.
Electio ſtatus qua ratione ab Aloyſio facta. l. 1. c. 10. p. 73. & ſeqq.
Euchariſticam ad cœnam Aloyſij præparatio. c. 6. p. 43 Eiuſdem lacrymæ quotidie fuſæ peracta Panis, & Vini in ſacrificio conſecratione. p. 44 ſummus in eam amor. l. 2. c. 4. p. 176. & ſeqq.
Eutrapelia ſuis ſalibus reliquas virtutes condit, & continet. l. 2. c. 12. p. 254.
Ferdinandi Gonzagę pietas, & obitus. l. 2. c. 1. p. 161.
Flamma Aloyſio cubanti parcit: eo recedente lectum abſumit. l. 1. c. 9. p. 58.
Florentiam Aloyſius ducitur. c. 3. p. 21. Eamque Vrbem ſuæ vitæ melioris parentem vocat. p. 22.
Fomes peccati quid ſit l. 2. c. 11. p. 243.
Fortitudo divino metu conſtantior. l. 1. c. 12. p. 88.
Fuga religioſam vitam inire an laudabile. c. 16. p. 120. & 121.
Gabriel Vaſquez Aloyſium 14. fere annos natum ad diſputandum ex tempore de rebus theologicis inuitat. l. 1. c. 10. p. 66.
Gloria humana quam ingens SS. Viros eam contemnentes ſequatur. l. 3. c. ult. per totum.
Humilitatis virtus quomodo paranda. l. 2. c. 9. p. 221. Vide in priori indice tit. Modeſtia, & contemptus ſui.
Iaponum legatis venientibus Aloyſius ad exercitia ſpirit. ſecedit. l. 1. c. 16. p. 122.
Io: Baptiſtæ Piſcatoris laudes. l. 2. c. 7 p. 204. & ſeqq.
Iter faciens quam vitæ rationem teneret Aloyſius. l. 1. c. 19. p. 144.
Lachrymæ inſtar thermometri caritatem metiuntur. c. 16. p. 123
Lectores menſæ quid obſeruare in legendo debeant. l. 2. c. 5. p. 186.
Libri turpes quam fugiendi. l. 1. c. 6. p. 45.

Eximia frigoris tollerantia . c. 7 p. 48.
Rigida eius ieiunia. c. 8. p. 51. Quæ nec iter habens omittit. c. 13. p. 93.
Quotidie tam parum comedit, ut quod una menſa ſumit, ad unciam non pertingat. p. 52.
In deteriores cibos avidiùs fertur, eoſque ad trutinam exigit. p 53
Aſpera, & frequens ſui corporis uſque ad ſanguinem verberatio. Ibid. & c. 14 p. 102.
Aſterum fragmentis lectum aſperat, & calcaria pro cilicijs adhibet. p. 54.
Seminudus, atque humi ſtratus glaciali tempore orat. p. 55. & 56.
Perpetuo capitis dolori remedium nullum adhibet, imò illum fovet. c. 9. p. 57.
In ſui caſtigatione an modum exceſſerit. c. 17. p. 125.
Lintea viatoria cruore infecta. l. 2. c. 1. p. 157.
Aſpera corporis tractatio. c. 2 p. 163 & ſeqq.
Contra impugnantes vitæ auſteritatem pulcræ rationes. c. 11. p. 238. & ſeqq.
Viribus ob inediam defectus corruit, & increpatur, a Hieronymo Roboreo. c. 13. p. 260.
Manus a frigore disruptas renuit fovere. c. 15. p. 280.
Declarat ſe nullo ſcrupulo ob auſteritatem adhibitam teneri. l. 3. c. 3. p. 312.
Morti proximus facultatem petit, ut vapulet. p. 313.
Deinde ut mortem humi iacens excipiat. Ibid.
Ingratam potionem lente haurit, ut longiorem moleſtiam ſentiat. c. 5. p. 322.
Nihil ægrotanti in cibis, & medicamentis faſtidio erat, præter hoc, quòd vitam producerent. c. 6. p. 331.

CVPIDITATVM, ET SENSVVM CONTINENTIA.

PLures annos quotidie ſalutat, nunquam intuetur Mariam Auſtriacam. l. 1. c. 10. p. 68.

De

De ſevera ſenſuum cuſtodia vide multa, & mira. l. 2. c. 2. p. 165. & ſeqq.
Plures horas Chriſti ſepulcrum cuſtodit, nunquam intuetur. c. 5. p. 185.
Cupiditatibus ad urgenda Virtutum officia utitur. c. 6. p. 192.
Deſideria etiam pia in officio continet. p. 193. & l. 3. c. 1. p. 293.
Hanc unam perturbationem non vicit, Laudis impatientiam. c. 9. p. 223.
Primis cupiditatum motibus caret. l. 3. c. 1. p. 290.

INNOCENTIA VITÆ.

GRaviſſima Aloyſij errata ne ad levis quidem culpæ modum pertinuere. l. 1. c. 2. p. 13.
Ea tamen tota vita defleuit. Ibid.
Septennis ad Deum conuertitur. p. 14.
Gratiam in Baptiſmo initam nunquam amittit. Ibid.
Imò ea firmiter conſtitutum putat Bellarminus. p. 15. & l. 2. c. 13. p. 259.
Angelus paſſim nuncupatur. l. 1. p. 18.
E culparum leviſſimarum dolore in ſacra confeſſione exanimis cadit. c. 4. p. 28.
In aula hiſpanica vitam ſanctiſſimè traducit. c. 10. p. 68.
Sola præſentia cæteros componit. p. 70.
Nulla cogitatio eius mentem ſubit iniuſſa. l. 2. c. 1. p. 162.
Nihil in ſe reprehenſione dignum agnoſcit. c. 6. p. 191.
Deſideria etiam pia in officio continet. p. 193.
Nemini ex eius ſocijs noxam ullam, vel minimam in eo deprehendere unquam licuit. l. 3. c. 2. p. 303.
Eius confeſſiones excipienti obiurgationes erant. p. 304.
Vide Innocentiæ fructum in morte ſecuritatem. c. 6. p. 338. & ſeqq. & c. 7. p. 343. & ſeqq.

Digitized by Google

STVDIVM PAVPERTATIS.

PAupertatis amore ſcripta Gabrielis Vaſquez mutila ſibi deſcribi curat l. 2. c. 8. p. 219.
Nullum in cubiculo librum habet, præter ſacra Biblia. p. 220.
Omnia illi vulgaria, & paupertatem redolentia. c. 10. p. 234.
Chartæ ſegmentis, non icunculis ſacrum codicem diſtinguit. p. 235
Deterrima quæque ſibi depoſcit. p. 236.
Libros elegantiùs compactos renuit. c. 15. p. 28.
Suis etiam ſcriptis ſe in fine vitæ exuit. l. 3. c. 2. p. 297.
Cubiculum maximè incommodum eligit. c. 2. p. 302.
Conopœum e lecto ſubmoveri rogat. c. 5. p. 321.
Glycirrnizam ſaccaro ob ſtudium paupertatis præfert. p. 322.

CASTITATIS PERFECTIO, ET CVRA.

LVdere cum puellis e domo Medicea recuſat. l. 1. c. 3. p. 22.
Virginitatis voto ſe obſtringit. p. 23.
Nullo corporis aut mentis motu eius caſtitas tentata. p. 24.
Caſtitati ſeruandæ præſidia ab eo adhibita. p. 25.
Senſuum præſertim cuſtodia, & mulierum fuga. Ibid. & p. 26. & 27.
Mirus pudor ubi ſe famulis induendum tradit. c. 4. p. 31.
Plures annos quotidie ſalutat, nunquam intuetur Mariam Auſtriacam. c. 10. p. 68.
Carne, ut ceteri, non conſtare dicitur. p. 70.
Ad ſaltandum a fœmina inuitatus fugit. c. 13. p. 95.
De ſevera ſenſuum cuſtodia multa, & mira habentur. l. 2. c. 2. p. 165. & ſeqq.
In hac virtute incrementum non cepit, quia ab initio conſummatã habuit. c. 10. p. 237.

OBEDIENTIÆ STVDIVM.

NVllum moderatoris imperium tranſgreditur. l. 1. c. 4. p. 31.
Libentiùs inferioribus ſe, quàm ſuperioribus paret. l. 2. c. 5. p. 185. Vide etiam p. 184.

Obe-

Obedientiam ſacræ lectioni præfert . p. 190.
Obedientiæ ſtudio poſcit a Deo , ut a ſe recedat . c. 6. p. 202.
Summa eius in hac virtute perfectio . c. 10. p. 227. & ſeqq.
Triclinij menſas varijs cęlitum nominibus obedientiæ cura diſtinguit . c. 15. p. 282.
Nunquam æger a Medicorum imperio diſcedit . l. 3. c. 6. p. 332.

REGVLARVM OBSERVANTIA.

Pvrpurati Principis inuitamenta ob regulæ reverentiam ſpernit. l. 2. c. 10. p. 231.
Dimidium chartæ folium ante licentiam non tradit . Ibid.
Silentij, ac latinè loquendi regulas diligenter obſeruat . p. 232.
In extremo vitæ declarat nullam unquam ſe regulam prætergreſſum . l. 3. c. 3. p. 312.

CARITAS IN DEVM.

MArtyrium ſubire cupit . l. 1. c. 10. p. 64.
Concionatorem ſolo aſpectu Diuina caritate auditor accendit . c. 15. p. 110.
In Sanctiſſimam Euchariſtiam amor . l. 2. c. 4. p. 176. & ſeqq. & c. 15. p. 277.
Amoris incendio totus æſtuat , & cor mirificè concitatur . c. 6. p. 199. & c. 12. p. 247.
Ad Dei mentionem totus inardeſcit . l. 3 c. 2. p. 300. Vbi mirum huius rei exemplum.
Diuina præſentia nunquam illi excidit . l. 3. c. 2. p. 299.
Quòd nimio mortis deſiderio, ut Deum cernat teneretur, religioni habet . c. 3. p. 311.
Nullis toto morbi tempore , niſi rerum ſalutarium ſermonibus aures adhibuit . c. 6. p. 332.
Ad mortis denunciationem hymnum TE DEVM canit p 336.
Sæpe illud uſurpat , Cupio diſſolui , & eſſe cum Chriſto . p. 339.

CARI-

CARITAS IN ALIOS.

INfans ubi in pauperes incidit, vultu, ac gemitu commiſerationem oſtendit. l. 1. c. 1. p. 6.
Reprehendit puer turpiter loquentes. c. 2. p. 12.
Cathecheſim docet, diſſidia componit, & flagitioſos corrigit, c. 5. p. 39.
Adhuc puer domi concionatur c. 6. p. 45.
Nudato capite ne quem inſalutatum prætereat incedit. c. 17. p. 124.
Fratres natu minores cathecheſim docet. p. 127.
Agreſtes, & mendicos Chriſtiana doctrina imbuendos per vias quærirat. l. 2. c. 3 p. 172.
In Collegio Romano morem reſtituit colloquendi poſt epulas de rebus Divinis. c. 12. p. 247. & ſ qq.
In Civitate Senenſi Iyuentutem magno cum feruore ad bonam mentem adhortatur. l. 3 c. 1. p. 296.
Eius ſermones ad ſtudium virtutis excitandum efficaces. p. 299.
Pia eius aduerſus ægros maximè ulceroſos officia. c. 3. p 309.
Pietas in matrem in extremo vitæ demonſtrata. p. 319.
Devovet ſe peſte correptis. c. 5. p. 322.

DEIPARÆ CVLTVS.

AD Deiparæ mentionem ardere videtur, & colliqueſcere l. 1. c. 3. p. 23 & c. 9. p. 63.
Voto ſe virginitatis in eius honorem obſtringit. Ibid.
Nullo corporis, aut mentis motu eius caſtitas unquam Deiparæ beneficio tentata. p 25.
Singulis ſcalarum gradibus Angelica formula Deiparam ſalutat, c. 5 p. 38.
Ad ſocietatem die illi ſacro inteſtina voce clarè evocatur. c. 10. p. 77.
In Domo Lauretana diutiſſimè orat. c. 19. p. 142.

GRA-

GRATIÆ GRATIS DATÆ.

ADhuc puer plura vaticinatus fertur. l. 1. c. 17. p. 127.
Nihil eius mentem ſubit[illegible]atum, & ſi vel [illegible] a aliqua cogitatione defigitur, ut exteriora non ſentiat. l. 2. c. 6. p. 197.
Interiori lumine de inſtante morte edocetur. l. 3. c. 1. p. 292. & c. 6. p. 335.
Dei admonitu cognoſcit mortem Corbinelli, eiuſque per ignem luſtralem tranſitum. c. 5. p. 328. & 329.
A ſenſibus alienatus, totam noctem cæleſtis patriæ conſpectu fruitur. c. 6. p. 335.
Alijs atque alijs affirmat ſe certa nocte moriturum. c. 6. p. 340. Vide etiam c. 7. p. 345.

HVMANARVM RERVM ATQVE OPINIONVM CONTEMPTVS.

NIhil penſi habet, quid alij de ſe dicant. l. 1. c. 4. p. 30. & c. 10. p. 71.
A celebri ſpectaculo oculos ſemper averſos, vel clauſos tenet. l. 1. c. 7. p. 49.
Quæ ſumma hominibus ſunt deridet. c. 9. p. 60.
Tritas veſtes ſartaſque in aula geſtare gaudet. c. 10. p. 68. & 69. Eumque morem ſemper retinuit. c. 13. p. 92.
Italiæ Dynaſtas laiecta indutus ſalutatum adit. c. 13. p. 91.
Raſcia plebeio panno induitur. c. 15. p. 109.
Impudentem ſenem ſib[illegible]re increpat. p. 94.
Ad Gymnaſium pedibus rheda dimiſſa venit. c. 15. p. 109.
Mulo ignobili in celebri equeſtris pugnæ ludo vehitur. p. 112.
Noſtrorum more indutus in conventum procedit, & convivas ad pietatem adhuc adoleſcens hortatur. c. 18. p. 139.
Per Vrbem gaudens ſtipem cogit. l. 2. c. 3. p. 171.
Purpuratum alloqui ſine licentia recuſat. c. 5. p. 183.
Item cibum in eius domo capere. c. 10. p. 231.
Bononiæ nihil, niſi ſacras ædes inuiſit. l. 2. c. 13. p. 263.

Hono-

Honorum pudet, ac pœnitet. p. 266.
Monitus expectari a Principe, binas horas precando extrahit. c. 15. p. 277.
Egrè fert ſe a Præpoſitis diligi. l. 3. c. 2. p. 298.
Pudet Pontificem ſui recordatum. c. 7. p. 342.

CONSTANTIA IN VRGENDO PROPOSITO RELIG: INEVNDÆ.

Patri propoſitum aperit, & eius aſperum reſponſum interritus audit. l. 1. c. 12. p. 80. & c. 14. p. 100. & c. 16. p. 14. & ſeqq. & c. 17. p. 130.
Secedit in noſtrum Collegium animo non redeundi domum. p. 85.
Eius propoſitum a multis, inter quos Gullielmus Mantuæ Dux, tentatur ſed fruſtra. c. 14. p. 97. & ſeqq.
Secedit ad Franciſcanos inſcio Patre, p. 101.
Sanguine, & lacrymis voluntatem Patris expugnat. c. 14. p. 104. & c. 17. p. 128.
Amorem in Societatem oſtendit, cum noſtris rus euntibus occurrere gauderet. c. 15. p. 111.
Liberè Patri denunciat, ſe eo inuito abiturum. c. 17. p. 129.
Quatuor, vel quinque horas precibus dat, ut veniam a Patre impetret. c. 17. p. 130.

EXISTIMATIO APVD ALIOS.

Angelus paſſim nuncupatur. l. 1. c. 2. p. 18.
Sola præſentia ceteros componit. c. 10. p. 70.
Quæ tractabat tanquam Sacræ reliquiæ viventi ſubducta. l. 2. c. 3. p. 175.
Flexo poplite reverentia illi Caſtilione adhibetur. c. 14. p. 266.
A matre genibus nixa excipitur. Ibid.
Domeſtica illi parænefis nondum ſacerdoti committitur. p. 272.
Vincentius Dux Aloyſio concedit, quod multis Dynaſtis negarat, p. 273.

Sacer-

Sacerdos eius conſuetudine ob reverentiam abſtinet. l. 3. c. 2. p. 304.
Scipio Gonzaga ſuæ potioris vitæ parentem Aloyſium vocat. c. 5. p.325. Vide etiam paulò ante eius apud duos Purpuratos exiſtimationem.
Lud. Corbinellus Sacerdos ſe ab Aloyſio in extremo vitæ ſigno crucis muniri poſtulat p. 326.
A Hieronymo Plato dignus cenſetur, cui viventi Apotheoſis decernatur. c. 6. p. 339.
Gregorius XIV. ultro criminum poſt mortem impunitatem Aloyſio indulget. c. 7. p. 341.
Secreto a reliquis ſepulcro conditur. p. 344.
Vide honores illi poſt mortem delatos. c. 8. p. 349. & ſeqq. & c. ultimo per totum.
Vide etiam in indice poſteriore Teſtimonia de eius ſanctitate data in littera T.

NATVRALES ANIMI DOTES.

PVblicè 14 annos natus de rebus theologicis, ex tempore illuſtratus cum plauſu diſputat. l. 1. c. 10. p. 66.
Eius prudentia, ac dexteritas in negotiis adminiſtrandis. c. 15. p. 107. & c. 20. p. 148. & l. 2. c. 12. p. 247. & ſeqq.
Mira eius memoria. l. 1. p. 109.
Quam gratioſus apud Caſtilionenſes fuerit, ex eorum lacrymis in eius diſceſſione fuſis agnoſcitur. c. 18. p. 133. & ſeqq.
Benignitas in ſalutando. c. 17. p. 124.
Eius ingenium præacutum, ac perſpicax. l. 2. c. 7. p. 207. & c. 8. p. 216.
Eius in congreſſibus ſuavitas, & Eutrapelia. c. 12. p. 254. & l. 3. c. 2. p. 299.
Primo congreſſu pacem conciliat inter Mantuæ Ducem, & Rodulphum fratrem. c. 14. p. 272.
Alias domeſticas tricas ſumma dexteritate expedit. c. 15. p. 275. & ſeqq.

INDEX

Poſterior rerum memorabilium.

ACtuoſa vita ut poſſit cum contemplatione iungi. l. 3. c. 1. p. 291.
Aloyſij cum Alexandro Magno quoad gloriam humanam comparatio. l. 3. c. ult. per totum.
Amicitia quatenus colenda. l. 1. c. 3. p. 22.
Amicitiæ humanæ diuinęque diſcrimen. l. 1. c. 10. p. 72.
Amor diuinus quare iucundus. l. 2. c. 12. p. 247.
Auaritia etiam largitatis ſpecie obrepit. c. 10. p. 234.
Barnabitas libenter conuenit Aloyſius. l. 1. c. 7. p. 47.
Cappuccinos libenter alloquitur. c. 7. p. 47.
Caroli Borromęi cum Aloyſio congreſſus. c. 6. p. 41.
Caſtitatis ſtudium vide in priori Indice.
Cathechiſmus Rom. a D. Carolo eidem commendatur. c. 6. p. 42. Eum Aloyſius verſat; alijſque commendat. p. 45.
Ceſſionis bonorum forma. c. 15. p. 16.
Claudius Aquaviva elephantiacis miniſtrat. l. 3. c. 3. p. 306.
Conſtantia unde ab obſtinatione diſcernatur. l. 2. c. 2. p. 170.
Cordis obduratio in ſcripturis, ut fieri a Deo poſſit. l. 1. c. 18. p. 138.
Corporis ſarcina alta petentibus impedimento. l. 2. c. 11. p. 238.
Cruciatuum modus qualis concedendus Nouitijs c. 1. p. 158.
Dæmones Aloyſij ſanctitatem prædicant. l. 1. c. 2. p. 16.
Delicias cæleſtes cur Deus aliquando SS. viris ſubducat. l. 2. c. 2. p. 158.
Delicijs cæleſtibus affluit Aloyſius. c. 6. p. 200.
Deficieria pia in ordinem cogenda. p. 193.
Diffidentiæ, & conſternationis tentatio SS. Viros quandoque aggreditur. c. 11. p. 243.

Do-

Domus, ubi Aloyſius Florentiæ habitavit. l. 1. c. 3. p. 21. In margine.
Electio ſtatus qua ratione ab Aloyſio facta. l. 1. c. 10. p. 73. & ſeqq.
Euchariſticam ad cœnam Aloyſij præparatio. c. 6. p. 43 Eiuſdem lacrymæ quo idie fuſæ peracta Panis, & Vini in ſacrificio conſecratione. p. 44 ſummus in eam amor. l. 2. c. 4. p. 176. & ſeqq.
Eutrapelia ſuis ſalibus reliquas virtutes condit, & continet. l. 2. c. 12. p. 254.
Ferdinandi Gonzagę pietas, & obitus. l. 2. c. 1. p. 161.
Flamma Aloyſio cubanti parcit: eo recedente lectum abſumit. l. 1. c. 9. p. 53.
Florentiam Aloyſius ducitur. c. 3. p. 21. Eamque Vrbem ſuæ vitæ melioris parentem vocat. p. 22.
Fomes peccati quid ſit l. 2. c. 11. p. 243.
Fortitudo divino metu conſtantior. l. 1. c. 12. p. 88.
Fuga religioſam vitam inire an laudabile. c. 16. p. 120. & 121.
Gabriel Vaſquez Aloyſium 14. fere annos natum ad diſputandum ex tempore de rebus theologicis inuitat. l. 1. c. 10. p. 66.
Gloria humana quam ingens SS. Viros eam contemnentes ſequatur. l. 3. c. ult. per totum.
Humilitatis virtus quomodo paranda. l. 2. c. 9. p. 221. Vide in priori indice tit. Modeſtia, & contemptus ſui.
Iaponum legatis venientibus Aloyſius ad exercitia ſpirit. ſecedit. l. 1. c. 16. p. 122.
Io: Baptiſtæ Piſcatoris laudes. l. 2. c. 7 p. 204. & ſeqq.
Iter faciens quam vitæ rationem teneret Aloyſius. l. 1. c. 19. p. 144.
Lachrymæ inſtar thermometri caritatem metiuntur. c. 16. p. 123
Lectores menſæ quid obſeruare in legendo debeant. l. 2. c. 5. p. 186.
Libri turpes quam fugiendi. l. 1. c. 6. p. 45.

Litteræ annuæ Aloyſij in Soc. amorem augent. l. 1. c. 5. p. 39.
Ludovici Corbinelli cum Aloyſio acta. l. 3. c. 5. p. 325.
Medicorum imperitorum artificium. l. 2. c. 7. p. 210.
Mendacia, & ambiguè dicta peſtis humanæ Societatis. c. 10. p. 233.
Minima quædam rectè facta an in hiſtoria contemnenda. c. 1. p. 153. & ſeqq.
Miracula quare Aloyſius in vita nulla ediderit. c. 4. p. 181.
Modeſtia in oculorum cuſtodia ab Aloyſio ſeruata. Vide inter eius Virtutes. tit. Caſtitatis perfectio & cura. Vbi etiam multa de mulierum fuga.
Morbus eſt illi vitæ ſeverioris occaſio. l. 1. c. 5. p. 33.
Mortis deſiderium quàm vehemens in Aloyſio. l. 3. c. 3. p. 311. In ea preterea quàm æquus. p. 314. & c. 4. p. 315. Vide etiam c. 6. p. 336. & c. 7. per totum.
Mulierum aſpectus, & conſuetudo quàm diligenter ab Aloyſio declinatur. l. 1. c. 3. p. 26. & 27. & cap. 10. p. 65. & c. 13. p. 96.
Neapolitanum Cœlum ad phthiſim pronis infeſtum. l. 2. c. 7. p. 211.
Nobilem ſe natum conqueritur Aloyſius. l. 1. c. 17. p. 129.
Obedientia comite nihil timendum. l. 2. c. 9. p. 224. Huius virtutis exempla vide in priori indice tit. Obedientiæ ſtudium.
Parentes quatenus colendi. c. 12. p. 87. & l. 3. c. 4. p. 319.
Paupertatis ſtudium vide in Priori Indice.
Petri Caniſij meditationes primos Aloyſio erga Soc: Ieſu amores incendunt. l. 1. c. 5. p. 38.
Principum vitia quàm pernicioſa. l. 2. c. 15. p. 276.
Religioſa diſciplina corpori, animoque ſalutaris. l. 1. c. 17. p. 26.
Saltatio cum fœminis ab Aloyſio vitatur. c. 13. p. 96.
Scrupulorum peſtis quàm pernicioſa. l. 2. c. 11. p. 245.
Silentio Aloyſius loquendi artem addiſcit. l. 1. c. 14. p. 30. ſæpè dies plures ſilentio tranſigit. c. 17. p. 125. Vide verborum parſimoniam. l. 2. c. 2. p. 179. & c. 10. p. 232.

Socie-

Societas Ieſu quibus de cauſis ab Aloyſio electa. l. 1. c. 10. p. 76.
Solitudo illi pergrata. c. 5. p. 34. deliciæ inde profectæ. p. 36.
Stranguriæ morbo cibi abſtinentia occurrit. c. 5. p. 32.
Teſtimonia de Aloyſij ſanctitate data a Rob. Bellarmino. l. 1. c. 12. p. 15. & l. 2. c. 13. p. 259. & l. 3. c. 8. p. 352.
A Claudio Fino. c. 9. p. 61.
A Hieronymo Plato. l. 2. c. 4. p. 179 & ſeqq. & l. 3. c. 6. p. 339.
A Io: Baptiſta Piſcatore. l. 2. c. 7. p. 208.
A Bernardino Mediceo. l. 3. c. 1. p. 289.
Ab Achille Galiardo. p. 290.
A D. Maria Magdalena de Pazzijs. c. 8. p. 349.
A Dæmonibus. l. 1. c. 2. p. 16.
Verrendi publicè atrium conſuetudo a Patribus Collegij Rom. obſeruata Aloyſium habet authorem. l. 2. c. 15. p. 284.
Vmbraculum uiatorium Aloyſius in itinere renuit. c. 13. p. 261.

LAVS DEO.

PROTESTATIO AVTHORIS.

Vt Decreto Sacræ Congregationis S. R., & univerſali Inquiſitionis anno 1625. *edito, & a SS. D. N. Vrbano Papa VIII. anno* 1631. *explicato circa libros continentes hominum Sanctitate, vel Martirij fama inſignium geſta, miracula &c. ea, qua par eſt, obſeruantia, & reverentia inſiſtam, profiteor me ſi quid in hac hyſtoria attingam, quod Sanctitatem, vel Martyrium, aut miracula alicui videatur aſcribere, qui nondum in Sanctorum, vel Beatorum numerum a S. R. Eccleſia ſit relatus, id non alio ſenſu accipi velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat, non autem Diuina Catholica Romana Eccleſiæ, ſiue Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Authoritate nituntur.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ERRATA			CORRIGE.
Pag.	Verſ.		
12.	13.	obiugabat	obiurgabat
30.	16.	garulitate	garrulitate
54.	24.	Odæum	odeum
66.	4	ad eas	ad eam
67.	12.	lætifera	lethifera
68.	18.	monſtante	monſtrante
85.	21.	hareventem	harentem
104.	10.	Patriarcam	Patriarcham
155.	20.	hyſtoricum	hiſtoricum
156.	4.	conabaur	conabatur
163.	17.	ſuſceptiſſet	ſuſcepiſſet
188.	6.	calibe	chalybe
189.	13.	cœlatum	celatum
189.	21.	præmere	premere
190.	25.	redundum	redeundum
237.	17.	effeto	effæto
240.	21.	leuigari	lauigari
240.	21.	leuia	lauia
244.	13.	pœnitus	penitùs
252.	17.	commonebeat	commonebat
277.	26.	coſilij	conſilij
279.	26.	cathecheſi	catecheſi
280.	7.	chyrothecas	chirothecas
303.	9.	Orbe, maximum	Orbe maximum
316.	14.	Parentem ſimul, ac	Parentem, ſimul ac
321.	13.	conopœum	conopeum
337.	5.	manus	manu
374.	16.	ſti pem	ſtirpem

Erratum quoque in numeris paginarum: nam poſt paginam 80 proxima numerum præfert 71, loco 81: atq; ita error continuatur vſque ad pag. 97, quæ prima reſipiſcit. Si quid aliud alibi erratum præſertim in orthographia, Lectoris benignitati emendandum relinquimus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google